BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
13 H
16

Digitized by Google

Liber de Ce-
na Domini. Joannis Antonij Pandoſij Coſentini.



Bibliothecæ Domus Romanæ Pauperum
Matris Dei Scholarum Piarum.

Digitized by Google

68.13.H.16

Franc, Franchinus Coſentinus in laudem Auctoris,

Fas quoniam noſtris aperire arcana ſacrorum eſt,
Et vulgare datur relligioms opes,
Ingenio prœſtans Panthuſa obſcura recludit,
Et quæcunq; latent myſtica ſacra refert,
Quin etiam illorum cauſas, rituſq;, modoſq;
Explicat, ut credas numen ineſſe uiro:
Quòd ſi felicem licet illum dicere, qui uim
Nouerit herbarum, nouerit aut lapidum,
Hic, quia tam ſancte pandit diuina, Deumq;,
Ter, quater, ante alios, nonne Beatus erit:

Digitized by Google

Illuſtriſſimo & Excel. Domino Petro Antonio de ſancto Seuerino Principi Biſinian. Duci ſancti marci &c. Domino meo obſeruandiſſ. felicitatem.

EX omni hæreſum prauitate princeps Clariſſime, quæ hac noſtra tempeſtate ocium, & concordiam Reipub. Chriſt. perturbant, illa mihi omnium pernicioſiſſima, Et omnium maxime execranda uidetur, quæ in ſanctiſſimum Eucharistiæ ſacramentum uenenatos dentes acuit, & diſtringit: Hec. n. eſt illa uictima, illudq; ſacrificium, in quo ipſa ueritas ſempiternam uitam eſt nobis pollicita, Illudq; uoluit imprimis Chriſtus generis humani ſeruator, in ſuprema illa Cœna hieroſolymis, ſuis cum diſcipulis celebrata, inſtituere, ut eſſet certiſſimum ſui amoris in nos pignus, ſuiq; ſupplicij ſempiternum monumentum, quod eo abſente, qui nuſq; abeſt, ſtabilius, firmiusq; in hominum mentibus inhereret: uoluit præterea ſacramentum hoc ab alijs tam longe diuerſum, reliquiſq; omnibus longe auguſtius (quandoquidem in eo uerum, immaculatumq; Chriſti corpus continetur) ut teſtamento corroboraretur, quod paulo mox teſtantis obitu erat confirmandum. Et quum certo ſciam, quod cum ſtatutus á deo dies aderit, ipſum uias, & rationes nullis hominum conſilijs inueſtigabiles inuenturum, quibus eccleſiam ſuam ab omnibus purget errorum, ac uitiorum fœdetatibus, ueluti in omnibus hactenus hæreſibus iam fecit, quæ in ſacris concilijs ſancti Spiritus gratia & lumine irritæ, Inaneſq; effectæ fuerunt, Et faciet in his, quæ totam iam prope germaniam infecerunt: quumq; mihi non ſit incognitum, multos ſacros theologos, longe & ætate, & doctrina mihi ſuperiores eſſe, qui de hoc ipſo quod ego ſum egreſſus & copioſiſſime, Et acutiſſime poſſent diſſerere, meas tamen ego etiam eſſe partes exiſtimaui, qui chriſtianam profitear ueritatem, ſi contra ſtolidam, ac dementem eorum inſaniam, qui de chriſtiana religione praua ſentiunt, & nouas ſectas inducunt me opponerem. Illi enim mentis iudicio penitus obcæcati, Id non animaduertunt, quod q̃ primum Chriſtus huiuſmodi eucharistiæ ſa-

Digitized by Google

*cramentum docendo publicare cœpit, ſuſurrationes quædam Calumnioſe, hæ
reticæq; insurrexerunt, neq; tamen propterea Catholica ueritas conuulsa unq̃
eſt, aut labefactata, neq; etiam ad finem uſq; ſæculi conuelletur, labefactabi-
turué, eo ipso illam tuente, protegenteq;, qui uia eſt, & ueritas, & uita: Cu
iusq; sapientia pariter, ac potentia nullis finibus continetur. Ego igitur non quia
humani generis magiſter exiſtimari uelim, sed ut huiuſmodi nouarum secta-
rum repertoribus, & clariſſimæ ueritatis inſidiatoribus oſtendam (& ſi Ca-
tholica claritas non humano indigeat auxilio) me uel iuuenem illorum perfi-
dā cæcitatē poſſe conuincere, confringere, ac diſſipare, iccirco in unum libellum
ea collegi, quæ aduerſus malignos iſtos chriſtianæ religiōis laceratores dici pos
se arbitratus sum: atq; utinam detur aliquando occaſio, ut uerbis corā mihi cum
illis in huiuſmodi ſit ſtadio congrediendum, quo cognoſcat inueterata illorum
malitia, quantas uel in iuuene uires habeat puræ ueritatis uis. neq; hæc, quæ
hoc continētur libello, è meo tantū ipſius ingenio, ac iudicio edita exiſtimari ue
lim, sed multis cū doctiſſimis, ac prudentiſſimis ætatis noſtræ uiris, optimeq;
sentientibus diſcuſſiſſe, & demum comprobaſſe fateor: nam non is sum, qui
in huiuſmodi rebus mihi ipſi credam, nimiumué arrogem. Cum autem mecum
diutius cogitaſſem, Cui nam librum hunc præcipue dedicaſſem, per quem no-
ſtræ lucubrationes, noſtræq; uigiliæ nomen, famam, & auctoritatem accipe
rent, Et ſi Rodulphus Cardinalis ampliſſimus, doctiſſimus, ac liberaliſſimus
iure suo has ſibi uendicare forſan potuiſſet, ꝙ illi suis multis, ac maximis in
mé beneficiis iampridem sum addictiſſimus, ... omnia mea debeo, Tu ta-
men unus propter maiora in mé, patriamq; meam merita potior es uiſus, prin-
ceps Clariſſime ac humanisſime, qui populos tuo arbitrio, & fidei creditos &
ſapientiſſime, & iuſtiſſime moderens, & quod non paruæ felicitatis eſt, quæ
urbes tuo imperio ſubiacent ſunt in fertiliſſima, ac ſaluberrima totius Italiæ regio
ne, Cuius pars ad mare tyrrhenum uergit, pars ad Ionium, ac utraq; in brutijs
eſt, quorum ut adhuc etiam Metropolis eſt Coſentia, ſic & mihi eadem eſt pa
tria iucundiſſima, quæ ora intanto fuit honore, ut magnam græciam græci appel
lare non dubitarint. Adde ꝙ nobiliſſimam, ac lectiſſimam fœminam tibi
matrimonio Copulaſti, quæ res efficit ut cum ob præclariſſimas cum ani
mi, tum corporis tui dotes Te antea iure coleremus, non nihil uenerationis
acceserit, ꝙ Iuliam genere, forma, uarijsq; uirtutibus inſignem tibi ſapien
tiſſimam ſapientiſſimus uxorem elegeris, quæ urſinam, romanamq; nobilita-*

tem & ſpiritus referens, nulli ex priſcis matronis illis, quarum exemplis celeberrime illuſtrantur hiſtoriæ nec pudicitiæ laude, nec ullo uirtutum, ac morum genere eſt poſtponenda. quid .n. præſtantius, feliciúsue ab immortali deo, mortalibus dari poteſt, quam optimos, præſtantiſſimoſq; principes, optimis, ſapientiſſimis, nobiliſſimisq; coniugibus eſſe Copulatos? Eo igitur animo, quo nos donamus accipe princeps Illuſtriſſime lucubrationes has noſtras, quas ſi gratas tibi fuiſſe ſignificabis, & me ad maiora audendum, & cæterorum etiam doctorum & peritiſſimorum hominum (qui in patria noſtra non pauci ſunt) ſtudia & ingenia ad idem faciendum excitabis, quibus & nomen tuum egregie illuſtrabitur, & illi maiorum noſtrorum, qui ingeniorum Claritate, & doctrinarum laude uniuerſæ Italiæ fuerunt ornamento, ueſtigiis ſtudioſius inherebunt, è quibus (ne omnes recenſeamus) noſtra ætas parrhaſium in primis eſt admirata, tum rerum grauitate tum dicendi Copia nemini ſuæ ætatis inferiorem: Et, ex oculis noſtris nuper ablatum, thyleſium & Carmine, & oratione inſignem, ac nemini ſecundum, & utrunq; in utraq; lingua præſtantem, qui ambo immatura morte intercepti complures ſtudiorum ſuorum labores imperfectos reliquerunt.

De giardino autem illo nihil penitus referam, qui quo plura ipſi nobis de eo pollicebamur, longe plura ipſe, amplioraq; præſtabat. ſed non deerunt ingenia, modo ea benignitas, ac liberalitas foueat tua, qui & ſeſe, & patriam, & nomen tuum, & egregias cum animi, tum corporis tui dotes laudibus efferent, & immortalitati conſacrabunt, Intereà læta, ut ſoles, fronte munus hoc meum ſuſcipias, Vale princeps humaniſſime, & Pandoſium tuum, qui te unum colit, obſeruat, ueneratur, ut facis, ama.

Digitized by Google

Tabula Capitulorum quæ in hoc opere continentur.

1 Vtrum poſſibile ſit idem corpus chriſti quod eſt in cælo realiter eſſe præſens ſpeciebus panis.
2 Vtrum corpus chriſti ſit de facto realiter præſens ſpeciebus panis ut tenet fides catholica.
3 Vtrum ſacramentum fuerit inſtitutum Luna. 13. uel. 14. ſic ꝙ in azimo non in fermentato ſit celebrandum.
4 An ſolus panis triticeus ſit conueniens materia ſacramenti & in quantacunq; quantitate.
5 Quæ ſit conueniens forma ſacramento corporis chriſti & ſanguinis.
6 Vtrum ſit aliqua ſupranaturalis uirtus formaliter inherens forme conſecrationis ſacramenti euchariſtiæ.
7 Quis ſit terminus formæ talis conſecrationis.
8 Vtrum totus chriſtus ſit in hoſtia & in qualibet parte hoſtiæ.
9 Quæ actio & quæ paſſio conuenit chriſti corpori in ſacramento.
10 Vtrum aliquis intellectus creatus poſſit uidere exiſtentiam corporis chriſti in euchariſtia.
11 Vtrum chriſti corpus ſit in hoſtia per conuerſionem panis in illud uel alio modo.
12 Vtrum in iſta conuerſione panis annihiletur.
13 Vtrum accidentia aliqua potentia, poſſint eſſe ſine ſubiecto.
14 Vtrum in ſacramento omnia accidentia ſint ſine ſubiecto.
15 Vtrum accidentia ſeparata poſſint habere omnem actionem ꝙ in ſubiecto habebant.
16 Que paſſiones poſſunt conuenire accidentibus ſeparatis a ſubſtantia ſtante euchariſtia.
17 Que mutationes fieri poſſunt in accidentibus ſeparatis uſq; ad deſitionem euchariſtie.
18 An in hora conſecrationis deſcendat chriſtus de cælo per medium uſq; ad locum hoſtiæ.
19 Quomodo ſit adorandum ſacramentum.
20 Vtrum Chriſtus in nouiſſima cæna quando dedit corpus ſuum diſcipulis ad manducandum dederit etiam illud Iudæ.

Digitized by Google

21 V trum Chriſtus quando inſtituit ſacramentum dedit corpus ſuum ad manducandum paſſibile ſcilicet an impaſſibile.

22 Q uid faciendum esset ſi in hoſtia uideretur caro pueri aut digiti aut aliquid tale & ſi ſub illis esset uerum chriſti corpus.

23 Q uibus figuris ſuit figuratum hoc ſacramentum in lege ueteri.

Digitized by Google

DE COENA DOMINI.

Caput Primum.

QVæritur primo, utrum poſſibile ſit corpus Chriſti, quod eſt in cœlo, realiter cõtineri, ſub ſpeciebus panis: quod autem hoc ſit impoſſibile: contradictioné implicans, philoſophorum rationibus probatur: quibus utũtur hæretici moderni: Quia corpus Chriſti ſub illa ſpecie panis, aut eſt quantum, aut non quãtum. non poteſt eſſe non quantum, quia in cœlo eſt quantum. nec illius quantitas ab eius corpore ſeparatur. quia ſuæ dignitati non conueniret. neq; corporis prefectio ſaluaret͛, neq; eſſet idem corpus ſub ſpecie panis, & in cœlo, & quod fuit in cruce, ſi ergo remoto omni opere intellectus corpus Chriſti in cœlo. uere eſt quantum, ubicũq; realiter erit, uere quantum erit, ulterius ſi eſt quantum, ut altera pars aſſumebat, ergo erit cum modo quantitatiuo, qui differentia quantitatis eſt ſine qua, non eſt ſane intelligibilis natura quantitatis: & conſequenter non poterit maius ſtare cum minori, eo modo quo ponimus de corpore Chriſti in ſacramento. ubi etiam ſit corpus quantum, erit pars extra partem, ut caput extra pedes, & ſic non eſſent omnes partes ſimul ſub eadẽ parte hoſtiæ: Vlterius ſi corpus Chriſti ſimul eſſet ĩ cœlo & ĩ euchariſtia idẽ corpus poſſet eſſe localiter ſimul in diuerſis locis, eadem enim ratione, qua diuina potentia poſſet in uno, poſſet in alio, ſed hoc eſt impoſſibile contradictioné, implicans, ergo & alterum. quod autem illud ſit impoſſibile probatur: quia ſi illud fore eſſet poſſibile, idem poſſet eſſe ſuperius & inferius ſe ipſo, & reſpectu alterius eiuſdem. idem autem nõ poteſt ad ſe ipſum referri, relationibus oppoſitis, ſimiliter idem poſſet eſſe propinquum & remotum a ſe ipſo. ¶ Itẽ ſi idem corpus eſſet in pluribus locis. ſimul poſſet moueri, & quieſcere. & ſic moueri & non moueri, quia poſſet ſibi approximari motor in uno loco, & non in alio, præterea aut illud eſſet una mutatione poſſibile aut duabus. non una, quia mutatio una eſt ad terminum unum. non duabus, quia aut eiuſdem ſpeciei, aut diuerſis. non primum, quia idem non poteſt ſimul moueri mutatiõibus pluribus eiuſdem ſpeciei, ut ex. 3. & 5. Phiſicorum ſupponitur, non diuerſis, quia ſic termini eſſent contrarii, & ob id incompoſſibiles. Vlterius ualidioribus rationibus probatur, illud fore eſſe impoſſibile, quia eadem materia ſimul. eſſet ſub duabus formis ſubſtantialibus & ſpecificis, hoc eſt impoſſibile. ergo & illud ex quo ſequitur, illatio uero probatur, quia illi eidem corpori in uno loco approximetur leo, in alio homo, & quia remota ſunt ſine aliquo impedimento, comedere illud poterunt, ſi fuerit nutrire ap-

tum, & tunc nutritiua cuiuſlibet eorum, conuertet illud nutrimentum, ĩ ſubſtãtiã nutriti, & ſic illa eadẽ materia nutrimẽti, erit ſimul ſub forma hoĩs & ſub forma leõis. ¶ Itẽ ſeq̃ret, q̃d modicus ignis ſimƚ poſſet exurere omnia, quæ eſſent apta exuri: quia poſſet agere introducendo formam ignis in hoc ſubiecto proportionato, & propinquo, ſimiliter in omnibus aliis quibus poſſet eſſe ſimul localiter præſens. Præterea ſi illud eſſet poſſibile, ſequeretur quod idem eſſet continuum, & non continuũ, illatio probatur, præſupponendo primo, quod de continuitate loquuntur quæ non ſumitur in ordine ad motum, iuxta illud Ariſto. Continuũ eſt cuius motus eſt unus, ſed de ea continuitate, quæ ſumitur in ordine ad unum communem terminum diuiſibilem, uel indiuiſibilem, hoc ſuppoſito, ponatur eadem numero aqua in uaſe Italico ferreo undiq; clauſo, & in uaſe Gallico fictili undiq; perforato, & clarũ eſt, quod aqua ſuæ naturæ dimiſſa exibit per illa foramina: & ita partes exeuntes, non ſunt continuæ: quia inter illas mediat aliquid alterius naturæ, in alio uaſe non mouentur, & ita partes continuæ permanent, cum illa diuiſio fiat ſolo motu locali: quo quieſcit in illo uaſe, neq; poteſt dici quod in uno loco ſit continua in alio non continua: quia non poſſunt partes ad unũ communem terminum copulari, & non copulari. fatetur etiam Scotus quod ſi corpus Chriſti fuiſſet in pixide dum uulnerabatur in Cruce: licet ut ibi non uulneraretur, ibi tamen uulnera habuiſſet, quæ cum diuiſione pertium continui erant, ergo ſi hic diuiſa eſt aqua: & ibi, eſt etiam facta, plures numero aquæ ſola diuiſione. quomodo eſt ergo una numero in illo alio loco: ſed ſi in uno loco mouetur in alio quieſcit, quomodo q̃ conſequuntur ſolum motum localem, ut eſt diuiſio in caſu poſito, mutabunt proprietatem abſolutam: quæ non in ordine ad motum ſumitur aut quomodo omnes ſenſus deciperentur, aut quomodo uas illud ferreũ perforabitur, ut inde aquæ fluant, aut non fluendo una numero continua, erit plures numero diſcontinuæ. Vlterius illa aqua quæ erat in uaſe fictili, proiiciatur in terram, corrumpaturq;, & ubi erat forma aquæ introducatur forma terræ, & tunc petatur ab iſtis, ſi aqua in alio uaſe definit eſſe ſi dicatur quod non. tunc eadem aqua erit, & non erit, & in eadem præciſe materia erunt duæ formæ, ſpecie diſtinctæ: ſi deſinit eſſe quæro in quid corrumpitur, aut in terram, aut in aliud a terra, non in aliud: quia in eadem materia duæ eſſent formæ ſpecificæ, de nouo genitæ: ergo in terram, & non niſi in illam: in quam fuit tranſmutata alibi, aliter non ſeruaretur anologiæ proportio, quam ſtatuit Ariſto. inter illa duo elementa: ergo illud uas remanebit uacuum, quia aer non poteſt ingredi: ulterius ponatur quod intra illud uas fuerit aliquod graue

Digitized by Google

ſimul cum aqua tunc poſt corruptionem aquæ ſtante uacuo intra latera uaſis.& mouendo uas illud,& in ſuperiori concaua ſuperficie ponendo illud graue ſequeretur quod non poſſet moueri ad inferiorem partem uaſis,quia eſſet motus localis in inſtanti qualis.n.eſt proportio medij ad medium in ſubtilitate,talis eſt proportio motus ad motum in uelocitate uacui autem ad plenum nulla eſt proportio,ergo neq; motus ad motum neq; poteſt dici quod latera uaſis fierent contigua uel continua,quia neq; illud fieri poſſet ſine motu locali in inſtanti, Deus autem ſecundũ cõmunem ſcolam Theologorum,non poteſt facere motum talem in inſtãti.Præterea arguitur:quia ponatur aut minimum ignis,aut aliqua portio ualde parua.& quia caliditas ſolet poni maioris actiuitatis & minoris reſiſtentiæ ſiccitas uero e contra approximentur illi in diuerſis locis duo in qualitatibus contraria.quæ in ordine ad ſua oppoſita ſeruent omnino eandem proportionem maioris inæqualitatis ita quod ex parte paſſi & agentis ſit omnino eadem præciſa proportio & incipiant agere,ita qđ ſicut per minima & ſucceſſiue hic corrumpuntur accidentia ignis, ita & ibi,in uno loco ergo remittitur caliditas & introducitur frigiditas, in alio loco ſiccitas & introducit^r humiditas, & agentia ſint miſta ambo agentia ad introductionem formæ ſimilis. illi, qua agunt tanq; ratione agẽdi, in inſtanti igitur. quæ forma introducetur, non poteſt fugere doctor ad diuerſas partes materiæ quia omnes ſunt æqualiter approximata. & hic iſte diſponuntur ad humiditatem. ibi ad frigidatem. quæ ſe ad inuicem compatiuntur, quæ ergo forma generabitur, aut illa quæ inſequitur humiditatem, aut illa quæ frigiditatem neq; poteſt dici, quod introducetur una forma cõmunis. conueniens frigido & humido, qualis eſt forma aquæ. quia nullum agentium erat aqua. ergo non poterãt agere naturaliter non impedita, ad introductionem formæ aquæ. frigiditas autem humiditatem non impediebat. Præterea ſi illud eſſet poſſibile, longe facilius.eadem potentia fieri poſſet ut eadem numero anima eſſet, preſens duobus corporibus organicis cum omnibus diſpoſitionibus neceſſariis, ſuficientibus ad hoc ut animentur, & tunc aut utriq; dabit eſſe, aut neutri,non hoc quia forma præſens ſuo perfectibili, naturaliter & neceſſario communicat eſſe,neq; alia quærenda ratio eſt. ſecundũ Ariſto. decretum, niſi quia hoc actus illud uero potentia, ſi erit primũ, cum ſecundum Scotum diuina eſſentia ſit infinita. quia eadem numero poteſt eſſe communis tribus ſuppoſitis,realiter diſtinctis, ſi anima poſſet eſſe in duobus ſuppoſitis ſimul, illa erit infinita, & conſequenter improducta, & repugnabit ſibi ratio formæ,ſecundum fundamenta doctoris, & illi neq; eſſent unus homo, neq; plures hom.nes,& eſſe unius eſſet

eſſe alterius . & ſequeretur etiam , quod ſi iſte homo eſſet repletus cibo , & ille alter eadem anima informatus eſſet exinanitus , & utriq; præſentaretur panis, eadem uoluntas ut illius panem reijceret , ut iſtius amplecteretur , & ita in eodem inſtanti , haberet actus oppoſitos erga idem obiectum . quod ſi oppoſitionē actuum fugiant propter diuerſa corpora . contra iſtud inq; arguitur , quia pono caſum qd ſit ſtatutū ab eccleſia . ut quilibet Chriſtianus ieiunet in ſabbato , ſi ad illos actus oppoſitos reſpectu diuerſorum corporum : poteſt eadem numero uoluntas , ergo poterit Conſentiæ uelle ieiunare & ſic mereri . Romæ uero poterit uelle non ieiunare , & tunc in inſtanti propter mortale peccatum commiſſum Romæ , caritas eius deperditur & deletur . Coſentiæ uero propter actum meritorium caritas eius augetur . & ſic eadem qualitas augetur & corrūpitur , & eadem anima erit in caritate & peccato . & hic poterit uelle fornicari . ibi autem eſſe continens . & eadem anima eſſet pœnæ æternæ obnoxia & digna uita beata . moriantur ergo tunc illi , & quæritur poſt mortem ſi in eodem inſtanti eſt primum non eſſe eorum . quid erit animæ erit ne præmium an pena , præterea ut eſt in uno continuo mereat̃ . ut eſt in alio ſi non demeretur altero uiuente , propter aliquam contractionem , quæ poſſet inueniri in actibus uoluntatis . demereatur poſt obitum . & certum eſt quod in reſurrectione quando anima reſurget unita corporibus . erit finale iudicium , ergo eadem numero anima . quia reſpectu unius receſſit in caritate . reſpectu alterius ſine caritate . uidebit & non uidebit Deum , fructur & non fruetur, lætabitur & triſtabit̃ . qualis ergo erit illa beatitudo aut qualis illa damnatio .

Vlterius ſi poſſibile eſſet per diuinam potentiam unum corpus eſſe ſimul in pluribus locis . poſſent etiam & duo corpora eſſe ſimul , hoc autem eſt impoſſibile implicatiuum contradictionis , ergo & illud . illatio patet , quia ſecundum Philoſophos ſicut unum quantum expellit aliud quantum . ita unum quantum de ſui natura limitat ſibi certum & determinatum ubi , incompoſſibile omni alteri ubi . falſitas conſequentis probatur , quia ſi poſſibile eſſet duas quantitates eſſe ſimul , poſſent partes eiuſdem quantitatis eſſe ſimul . non . n . plus repugnat ſimul eſſe partibus eiuſdem quantitatis . quam duabus quantitatibus diuerſis , cum una quantitas duæ fiat ſola diuiſione ſed partes eiuſdem quantitatis , ſic ſitu & poſitione diſtinguntur , quod impoſſibile eſt intelligere quantitatē quæ non habeat partem extra partem . quia eſſet intelligere quãtitatem indiuiſibilem , & ſine intrinſeca , & eſſentiali ratione quantitatis , eſt . n . contra rationem eius quod partes ſimul ſint . & una nō extra aliam alioquin duæ partes non eſſent maiores una , nec totum maius parte . & cō

firmatur

firmatur quia ſi partes eſſent in eodem ſitu, partes eiuſdem quanti-tatis poſſent ſuper ſe inuicem replicari, & ſuper unam minimam partem poſſent omnes aliæ replicari, & ita totum cœlum poſſet eẽ in ualde paruo loco, Item ſicut partes quantitatis ſucceſſiue habent ordinem durationis, ita partes quantitatis permanentis habent inter ſe ordinem poſitionis, ſed nulla uirtute etiam diuina fieri poteſt, ut ſint partes quantitatis ſucceſſiue ſine ordine durationis, ergo neq; partes quantitatis permanentis poterunt eſſe abſq; ordine poſitionis, quod autem illud ſit impoſſibile apparet, quia nulla uirtute fieri poteſt ut partes temporis ſint ſimul duratione cum de ratione earum ſit prius & poſterius, neq; partes motus poſſunt ſimul eſſe, Itẽ dimenſio eſt formalis ratio faciens repugnare corpora inuicem, ut patet ex quarto Phiſicorum, & non per aliam paſſionem, ergo manente dimenſione, impoſſibile eſt duo corpora eſſe ſimul, ulterius duo indiuiſibilia non poſſunt eſſe immediata quia tũc nõ eſſent duo ex ſexto Phiſicorũ, ergo ubi corpora ſint ſimul & immediata, non remanebũt duo, eadẽ, n, ratio hic & ibi, Item ab uno puncto in aliud punctũ, non poteſt trahi niſi una recta linea, ubi aũt duo corpora eſſent ſimul, ab uno pũcto corporis cõtinẽtis poſſent trahi duæ lineæ ad unum punctũ corporis contẽti, quia eſſet in duobus corporibus, & ita etiam unum ubi eſſet in duobus locatis, & ita unum accidẽs in diuerſis ſubiectis, His rationibus contenti, non ſolum Philoſophi ſed multi Catholici tenent, quod Deo ſit impoſſibile unum corpus ſimul eſſe in pluribus locis, neq; iudicauerunt cogi ad opoſitum cõ ſcẽdũ a ueritate Eucharestiæ, licet, n, hoc ſit Deo poſſibile ut idẽ corpus Chriſti ſit in cœlo localiter, ſacramentaliter uero in pluribus hoſtijs, illud tamen omnino impoſſibile tenent cũ Philoſophis, Nos aũt cum aliquibus Catholicis, ad maiorem hereticorum confuſionẽ, defendemus quod Deo ſit poſſibile, idem corpus eſſe ſimul in pluribus locis, ut quod impoſſibilius apparet uideant contradictionem non includere, & infinitam, Dei potentiam nõ ſubterfugere, in cuius honore uolo magis abundare quam deficere exiſtimo, n, potius quæ impoſſibilia nobis uidẽtur illi poſſibilia fore, qui omnia fecit ex nihilo q̃ ea quæ contradictionem non dicunt, ſuæ infinitæ uirtuti non conuenire, intendo ergo probare quod illud ſit Deo poſſibile, & poſtea rationes oppoſitas ſoluere, ut inde fideles intelligant eſſe Deo poſſibile ut idem Chriſti corpus quod eſt in cœlo, ſacramẽtaliter ſit in hoſtia, quia ſimul poſſet eſſe in cœlo & in alijs locis localiter, Arguit igitur Scotus, illud eſt Deo poſſibile iudicandum quod contra-

dictionem nõ dicit ex terminis,neq; ad illud ſequitur uerificari contradictoria huiuſmodi autem eſt hoc nam plurificari reſpectus,manente fundaměto inplurificato modo ſint plures termini nullũ apparet impoſſibile,& licet imaginatio locũ a corpore nõ ſeparet,neq; locum plurificet ſine pluralitate corporum ratio tñ naturalis,nullã uidet contradictionem multiplicari reſpectus in eodem fundamento ad plu res terminos, neq; aliquis horum reſpectuũ, ſic adæquat locatum. ut alium reſpect um non compatiatur, ad alium locum non.n.magis fundamento adæquatur reſpectus extrinſecus aduenicns,quam reſpectus intrinſecus aduenicns.qui ex ipſa natura fundamenti oritur, una autem albedo poteſt eſſe ſimilis quolibet albidinibus,ſimiliter in una quantitate poſſunt eſſe duæ æqualitates ad duo quanta,neq; inter accidentia quantitatis eſt accidens poſterius, & magis illi accidentaliter inhærens,quã ſit ubi, quod eſt reſpectus extrinſecus aduenicns,ad quem eſt motus qui non poteſt eſſe ad aliquid ex quinto Phiſicorum,& ſi præſentia conueniens ſubſtantiæ, quocunq; nomine appelletur nõ eſt ad æquata ſubſtantiæ,quæ præſens cœlo poteſt de nouo fieri,præſens ſpeciebus panis, prima præſentia remanente,ita ubi non eſt adæquatũ quantitati,quod eſt præſentia quantitati conueniens,Item arguitur oppoſita uia illi qua præcedunt aduerſar j,non minus impoſſibile eſt duo corpora eſſe ſimul quam quod idem corpus ſit ſimul in pluribus locis, ſed primum eſt catholicum ab eis conceſſum,quamuis aliqui Theologi oppoſitum contendant,ergo & poſterius tãquam Deo poſſibile eſt a Theologo admittendum,quod autem illud nõ ſit minus impoſſibile probatur, Quia oportet ſecundum iſtos,quod dimenſiones locati commenſurẽtur dimẽſionibus loci,ſed cõmenſurari cõmunem dicit reſpectum oportet ergo dimenſiones loci cõmenſurari dimenſionibus locati,ſi ergo cõmenſuratio non impedit quin duo corpora ſint ſimul, neq; impediet unum corpus eſſe ſimul in pluribus locis, quod ſi ad dotẽ ſubtilitatis recurrunt,cur ad diuinam potentiam confugere nobis tutũ nõ erit,& cõfirmatur quia dimenſiones loci ſunt aliquo modo naturaliter poſteriores dimenſionibus locati,quod facit latera continẽtis diſtare ſi ergo cum pluralitate priorum ſtat unitas dimenſionum loci,cur cũ unitate locati non poterit ſtare pluralitas locorum, Præterea ſi ſecundum iſtos ſaluatur præſentia corporis Chriſti,cum ſpeciebus,quia ſubſtãtia panis cõuertit in ſubſtantiá corporis Chriſti & adeo iſtam conuerſionem celebrant,ut ueritatem Euchariſtiæ ſine illa non poſſe ſaluari contendãt, Pono caſum, ut per diuinam potentiam

tentiam ſubſtantia conuertatur in ſubſtantiam,& quantitas in quantita-
tem cum æquæ ſint in obedientiali potentia Dei ,unde hoc eſſe Deo im-
poſſibile non intelligo , ſecũdum autem eorum doctrinam,illud in quod
aliquod conuertitur,eſt ubi prius erat conuerſum,ergo ſicut remanente
preſentia conuenienti,ſua ſubſtantia,fit præſens ubi erat ſubſtantia pa-
nis,ita quantitas eius fieret præſens præſentia ſibi conuenienti prima re
manente in cœlo,quod ſi uidebitur abſurdum propter paruam quanti-
tatem hoſtiæ,ſumatur alia quantitas æqualis quantitati corporis Chriſti
& tunc ſtante eorum fundamento,quod ubi prius erat conuerſum,eſt il-
lud in quod conuertitur,haberetur intentum quamuis fundamentum eo
rum non uideatur uerum nam ſi ſubſtantia panis conuertitur in ſubſtan
tiam corporis Chriſti,potius panis erit in cœlo , ubi eſt Chriſti corpus ,
quam corpus Chriſti præſens ſpeciebus panis , de hoc autem poſterius
erit habendus ſermo cum modus eſſendi corporis Chriſti in hoſtia de
clarabitur , Præterea ſi Deus poteſt facere alicubi ſubſtantiam naturalē
& non ſub eius modo naturali,poteſt ibidem eandem facere ſub modo
naturali,ubi minora miracula requiruntur,ſi ergo ſecundum fidem Ca-
tholicam poteſt Deus facere Chriſti ſubſtantiam naturalem , ſub modo
ſacramentali & non naturali,cur non poterit illam facere præſentē cum
modo ſuo naturali,neq; ſatisfacit eorum reſponſio,quod cõuerſio eſt ra
tio eſſendi hic,quia nihil eſt ratio eſſendi alicui aliquale quod non eſt con
uerſio autē non eſt quando ſubſtantia corporis Chriſti eſt præſens neq;
ſpecies panis poſſunt eſſe ratio eſſendi hic quæ non ſunt formaliter in
Chriſti corpore,quod eſt formaliter præſens, Dico ergo qđ Deo eſt poſſi
bile idem corpus eſſe præſens eodē tempore pluribus locis,quia neq; con
tradictionem dicit,neq; ad id ſequuntur contradictoria,ut patebit in ſo
lutione argumentorum,ſi.n.ubi non dicit niſi reſpectum extrinſecus ad
uenientem quid repugnat ut multiplicetur cum terminis,non multipli-
cato fundamento,aut dicant iſti quomodo iſte reſpectus plus ad æquat
ſuo fundamento,quam æqualitas quantitati,& ſimilitudo qualitati, Pro
ſolutione autem argumentorum animaduerte quod quæcunq; ſunt pri-
ora naturaliter ipſo ubi,in ſunt corpori uniformiter quotlibet diuerſas
ubicationes habenti,quæ uero ſunt poſteriora uel ſaltē natura ſimul ubi
uariato,uariantur & illa, Animaduerte quoq; quod ſicut paſſum in eo-
dem loco ſe habet ad plura agētia,contraria uel diuerſa ita ſe habet ſi fue
rit in pluribus locis,ſicut.n.recipit formam abſolutam ab agente poten
tiori,quando eſt in uno loco,ita quando eſt in diuerſis quia eadem potē-
tia paſſiua eadem actiua debitæ approximata, ſimiliter idem corpus ſi-
cut ſe haberet ad alia in ratione actiui ubi eſſet in eodem loco , ita ubi ſit

Digitized by Google

in diuerſis locis eodem modo ſe habebit, omnia autem hæc uerificantur ſi prudenter animaduertes, quod naturaliter priora nõ uariãtur ꝓpter naturaliter poſterius,illis poſitis ſoluendæ ſunt rationes oppoſitæ opinionis,pro ſolutione autem primi argumenti quod tangit maiorem diffi cultatem quæ in hac materia contingit,uidendum quomodo illud,quod fides nobis credendum præponit ſit poſſibile,ſcilicet uerum Chriſti corpus eſſe ſacramentaliter in hoſtia,ſub breuitate tamen quia ſuper hoc po ſterius diu immorandũ erit,Duo igitur ſunt quæ abſq; errore negari non poſſunt de hoc uenerabili ſacramẽto,unũ eſt quod Chriſtus non deſinit eſſe in cœlo per ſacramẽti præſentiã,aliud fide tenendũ eſt,quod ſubſtãtia corporis Chriſti præſens eſt ſacramento Euchariſtiæ realiter,his poſitis aliqui præclari Theologi ad conuerſionẽ ſubſtantiæ in ſubſtantiã cõ fugiunt quod uſq; ad ſpeciale capitulum pertranſeundum cenſeo, dicũt tamen ad argumentũ,quod quantitas corporis Chriſti non eſt ſub ſpecie panis niſi concomitanter,quia primus cõuerſionis terminus eſt ſubſtantia,quãtitas ergo erit ibi per modum primi termini, modus aũt præ ſentiæ ſubſtantiæ non eſt cõmenſuratio:ſed hæc reſponſio difficultatem patitur,quia quomodocunq; ſit ibi quãtitas,ſiue ut primus terminus,ſiue ut conſequitur ad primũ terminũ modo ſit eius natura integra & non mutata,uidet́ habere proprietates & cõditiones naturæ ſuæ conuenietes propter hoc alij inepte tollunt a corpore Chriſti poſitionẽ in toto & om nem figurã,ſine qua fortaſſe nõ poſſet eſſe corpus animatũ. neq; huiusmodi confuſionem in eius corpore glorioſo admittendã arbitror ut cogatur fidelis concedere pedes non eſſe extra ſtomacum,neq; caput extra manus,ſunt ergo duo alij dicendi modi,& ambo in hoc cõueniunt quod quantitas non ſit a Chriſti ſubſtantia ſeparata,& tamen non ſit ibi localiter ,primus dicendi modus eſt,quod poſitio quæ eſt differentia quanti tatis,alia eſt a poſitione,quæ ponitur unum inter prædicamenta,illa aũt dicit ordinem partium in toto & hanc ſaluare oportet in Chriſti corpore non.n.intelligibile eſt aliquid eſſe quantum quin ſit ordo huius partis ad illam,ſecundum poſitionem,Poſitio autem quæ eſt prædicamentum ſuperadit ordinem partium locati, ad partes loci, ut ſicut totum locatum commenſuratur toti loco, ita partes locati commenſurẽtur partibus lo ci,dicitur ergo ſecundum iſtum modum dicendi,qui ualde probabilis eſt quod in corpore Chriſti bene eſt poſitio, quæ eſt differentia quantitatis, ſed non poſitio accepta ſecundo modo : quia hæc non requiritur ad naturam corporis quanti : nam ſi Deus crearet corpus aliquod extra uniuerſum, nõ haberet tũc iſtã poſitionẽ,quæ commẽſurationem exigit,

quæ

quæ ſine terminis eſſe non poteſt, ubi etiam cohæſiſtētia termini ſit hæc
natura quanta, contingenter ſe habet ad hāc poſitionem ſecūdo modo
acceptā,& cōſequenter poterit per diuinā potentiā ſeparari a toto gener
illius,& hoc eſſet cōſeruare abſolutū ſine reſpectu.& unū reſpectū q̄ ē co-
hæſiſtētia ſine poſitiōe quæ nō ē differētia quātitatis,licet.n.quātitatem
poſitā & terminū poſitū, neceſſario ſequat̃ æqualitas uel inæqualitas,
qui ſunt reſpectus intrinſecus aduenientes, non tamen de neceſſitate ſe-
quitur extenſio, quæ locum reſpicit, dico ergo quod ſubſtantia corpo-
ris Chriſti eſt præſens ſpeciebus panis. & quod eſt ibi quantitas cū diffe
rentia ſua & quod habet partem extra partem: pro ut hoc extra reſpi-
cit per ſe partes corporis, & ad poſitionem pertinet, quæ eſt differentia
quantitatis. pro ut autē extra locum reſpicit, ſic pars non eſt extra par
tem. & cum hoc tamen totum perfectum eſt & quantum habens in ſe
partem extra partem. habet tamen unicam præſentiam ſui, & omniū
partium eius, ad aliquod extra indiuiſibile. uel quantumcunq; modicū
diuiſibile. ſic quod non reſpondet una præſentia uni parti alia alteri ra-
tiones autem quæ fieri ſolent contra iſtum dicendi modum, poſterius
ſoluemus, Eſt alius dicendi modus, qui licet non ſit in uſu doctorum,
fortaſſe non eſt minus probabilis, quam alij poſiti a doctoribus, dicit
uero hic modus, quod ſubſtantia poteſt eſſe in hoc ſacramento ſine quā
titate, & tamen quantitas ſecundum in herentiam a ſubſtantia non ſepa
ratur, nam ſubſtantia ordinem aliquem habet ad ſpecies panis, qui nō
eſt circumſcriptiuus neq; diffinitiuus, & ſic non ratione quantitatis, quæ
ſuæ naturæ dimiſſa ordinem illum impediret, poterit ergo eſſe Chriſti
corpus hic & non quantitas, & tamen non ſeparari ab eo ſecundum in
hærentiam, quia ſicut quantitas corporis Chriſti unitur ei ſecundum in
hærentiam, ita aliqua cœli pars illi unitur ſecundum contactum, & ſi-
cut non oportet, quod cœli locus ſeparetur ſecundum contactum a
Chriſti corpore exiſtente in hoc ſacramento, quāuis ille cœli locus nō ſit
huic ſacramento præſens ergo ſimiliter non oportet quod quantitas illa
corporis Chiſti ſeparetur ſecundum inhærentiam. quamuis in hoc ſa-
cramento, ſit eius corpus, & non eius quantitas, quia æquæ poſſibile
uel impoſſibile eſt, unita ſecundum contactum tali unione manente u-
num eſſe diſtans a loco in quo alterum eſt ſicut de unitis ſecundū in hæ
rentiam dicitur, & ſi illa cœli pars quæ tangitur tantum diſtat a ſpecie-
bus panis, quantum diſtabat ante conſecrationē, & tamen corpus eſt
præsēs nūc de nouo, nec ob id deſinit tāgere, ita quātitas abſq; hoc q̄d de
ſinat inhærere nō erit in ſacramēto, neq; ex ui cōuerſionis neq; cōcomitā
ter, & ſicut nō oportet corpus Chrī ſeparari a loco, p hoc quod ē in ſacra

mẽto cui ille cœli locus non eſt præſens, neq; ex ui conuerſionis neq; cõcomitanter, ita nõ oportet corpus Chriſti realiter ſeparari a quãtitate licet Chriſti corpus ſit præſens huic ſacramẽto: & nõ eius quãtitas, licet.n. ſint realiter coniũcta p̃t tamẽ unum diuina potentia habere aliquam realem præſentiam abſq; alio, & de iſtis duobus dicendi modis, poſterius diſſeremus, nunc uterq; tanq̃ probabilis admittatur, & primus ſcilicet, & iſte ultimus quem ſequitur Durandus doctor celeberrimus. Ad ſecundam rationem principalem dico quod & ſi theologus non cogatur idem corpus poſſe eſſe in pluribus locis tenere tanq̃ poſſibile, & multi egregii theologi negant illlud tamen ad hæreticorum confuſionem illud ſuſtinebimus cum Scoto. Ad prima ergo duo inconuenientia, quæ in prima ratione recitantur dico quod relationes oppoſitæ poſſunt eſſe ſimul in eodem, reſpectu eiuſdem, ut idem forſan ſecundum idem ſit agendi patiendiq; principium, neq; impoſſibile eſt ut idem ſit in actu uirtuali, & formali potentia ad hoc tamẽ uis argumenti nos non compellit, quia ſuperius; & inferius in corpore ſunt, mediante ſuperiori, & inferiori ubi, cum ergo uariantur ubi quæ fundamenta ſunt ſuperioritatis, & inferioritatis: quid mirum ſi reſpectus multiplicantur, cum ex natura fundamenti, & termini reſpectus oriatur, neq; admirari oportet, quod ubi reſpectus fundet reſpectũ ſuperioris, & inferioris: quia unus reſpectus poteſt fundari, ſuper alium: ad id uero quod dicitur de diſtanti: & proximo, dicitur quod relationes contrariæ in genere poſſunt in eſſe eidem ſecundum diuerſa fundamenta quia diſtans & propinquũ ſunt in corpore mediante ubi & quia unum ubi eſt propinquum aliud remotũ eidẽ corpori habẽti diuerſa ubi cõueniunt illæ relationes oppoſitæ. Ad aliam rationem in qua infertur quod idem Eodem tempore moueretur & quieſceret: dico quod hæc aut poſteriora ſunt aut ſaltem ſimul natura cum ubi: & ideo uariantur uariatis ubi: quia ergo moueri eſt diuerſa ubi: ſucceſſiue habere: quieſcere autem ſit habere idem ubi: poterit idem corpus eodem tempore ſecundum unum ubi quieſcere: illud habendo permanenter: ſecundum aliud uero moueri: dum mouetur localiter, & partes organicæ totius, ut pedes, & manus in uno ubi poſſint moueri, in alio quieſcere, & mouere ſe ipſas ab uno ubi, ad aliud ubi in quo quieſcebant, & tunc uel manus deſineret uirtute propria obtinere illud ubi, aut nunc nouo modo obtineret, & tanq̃ terminum motus, & ita alia erit formatio uocis in uno ubi alia in alio, & in uno diſputaret, in alio taceret & omnia quæcunq; talia uariari oportet, ſi poſteriora aut ſimul natura ſunt ipſo ubi abſoluta aũt ꝑora imutata cõſerues ſi ad hæc inferes ergo eodẽ tẽpore, res mouetur & non mouetur, dico quod in reſpe

ctiuis oppoſitis: non ſequitur abſoluta affirmatio & negatio, non enim ſequitur eſt ſimilis, & diſſimilis: ergo ſimilis & non ſimilis, quia ſi illa uerificantur diuerſa reſpiciunt, contradictionis autem uis ſemper refertur ad idem, & ita moueri: & qeſcere ſecundum diuerſa ubi uerificantur & moueri ſecundum iſtud ubi, moueri infere, quieſcere ſecundum illud quieſcere infert non tamen affirmationes, oppoſitas inferunt negationes, ut qeſcere: non infert non moueri, neq; moueri infert non quieſcere ſed eſt fallacia conſequentis nam quieſcere reſpectum unius ubi uerificatur, non moueri autem, reſpectu cuiuſcunq; ubi uniuerſaliter negat motum, ut autem ſcias euitare multa contradictoria quæ uidẽtur ſi qui ad opinionem, animaduerte, quod negatio priuatiui incluſa in priuatiuis, uel negat habitum ſimpliciter in eſſe hoc eſt nullibi: & nullo modo, & tunc oppoſita priuatiua inferunt oppoſita contradictoria ut ſequitur, eſt uidens, & cœcus, ergo uidens & non uidens, aut negãt habitum in eſſe non, ſimpliciter: ſed certo modo, uel loco, & tunc terminus priuatiuus non infert contradictionem, & ita accipitur quieſcit, qeſcit ergo hic. mouetur ibi. & non ſeqtur uerificari cõtradictoria, ſicut ſequeretur ſi ſimpliciter propoſitiones de prædicatis priuatiuis conceduntur, ut ſic autem, negãtur, & ſecundo modo ſolum conceduntur, aut conditione expreſſa, aut ſaltim ſub intellecta. Ad ſequentem rationem in qua famoſus quidam doctor & ſolemnis, ſuam fundauit openionem, dico quod corpus non relinquendo primum ubi poterit unica mutatione unum, duabus duo ubi acquirere, neq; duæ mutationes sũt incõpoſſibiles, niſi propter incõpoſſibilitatem terminorum quos poſſibiles nos ſuſtinemus, & ſecundum quod erunt illa ubi: aut ambo ſuperiora aut unum ſuperius aliud inferius mutationes diiudicandæ erunt, ex conditionibus terminorum mobili exiſtẽte eodem, Ad aliam rationẽ q̃ exiſtimatur demonſtratio opinionis eorum dico quod ad noſtram opinionem nõ ſequitur, ut eadem materia ſimul ſit ſub duabus formis ſpecificis, & eadem difficultas eorum opinioni contingit, tenent enim & bene quod poſſibile ſit, duo corpora eſſe ſimul, pono caſum qđ ſint duo ſtomaci, & approximetur alimentum, & quæratur ab iſtis, quid fiet de nutrimento, & coacti ſoluẽt rationem quæ facta eſt contra opinionem dicendum ergo pro nobis & illis, quod alimentum approximatũ animalibus in diuerſis ubi exiſtentibus ita eſſet ſicut ſi illa eſſent in eodem ubi, ſi enim uirtus unius totaliter uinceret, omnino alimentum in ſui ſubſtantiam conuerteret, reliquis remanentibus ieiunis ſi uero nõ omnino uinceret, præualeret tamen plus conuerteret at ſi uirtutes eſſent æquales, æqualiter, & ita idem nutrimentum non eſſet ſimul in forma-

tum formis ſpecie diſtinctis, quia uel totum eſſet aliquid per unam formam, uel una pars eſſet ſub una forma, alia ſub altera, Ad ſequẽtem rationem, dico quod ſi omnia uri apta, eſſent in uno ubi ignis præciſe ageret actione proportionata ſuæ uirtuti, & ſi ageret ad unum, ad horam illud cõſumeret, ſi ad omnia actio eius in quolibet illorum eſſet remiſſa quia uirtus naturalis debilius agit in plura quam in unum, dicantq; nobis illi, quomodo ageret ignis ſi plura eſſent ſibi approximata & quodlibet eorum eſſet proportionatum, & ita omnes difficultates cõtingentes huic opinioni, ſunt ſimiles illis quæ contingunt opinioni dicẽti duo corpora eſſe ſimul, Ad ſequentem rationem dicitur primo quod ſi aqua hic diuiditur, licet ibi non moueatur, eſt tamen ibi diuiſa, & plures numero aquæ, ut dicit doctor de uulneribus Chriſti in pixide, cõformiter dicatur de aqua, & tunc ſtante primo miraculo, aut intra illud uas eſſent plures numero aquæ, & ſenſus in diiudicando deciperetur, aut frangeretur uas, dicitur etiam quod ſicut una numero aqua, & eadem quantitas continua eſt in Italia & Gallia cum tanta aeris intercapedine, ita poſſent partes aquæ quæ hic diſcontinuæ ſunt in ordine ad continens, adhuc eandem in ordine ad totum continuitatem ſeruare ſi habes alium dicendi modum in re tam difficili audire non recuſabo. Ad ſequentem rationem dico quod Deus poteſt aliquid localiter mouere in inſtanti de loco ſilicet ad locum, ut autem uideas quid coegit ſcotum ad iſtam opinionem animaduerte fundamenta ex quibus illud de neceſſitate conuincitur, Deus enim in inſtanti poteſt creare corpus in loco. b. ſit aliquod corpus in loco ſuo, & in inſtanti Deus annichilet illum locũ poteſt enim hoc quia in inſti poteſt non conſeruare, hoc autem eſt annihilare, & in eodem inſtanti poteſt Deus illud corpus ponere in loco. b. quia ſi poteſt corpus de nouo creatum ponere in illo loco ergo & non de nouo creatum, neq; repugnat quia poſitum eſt in alio loco, quia in illo inſtanti poſitum eſt primum non eſſe illius loci, & ſic uidetur localiter moueri in inſtanti, idem etiam probatur, quia ſi poteſt Deus aliquod corpus in inſtanti creare, & ponere illud in pleno, certum eſt quod in inſtãti aer circunſtans pellitur, ſimiliter poteſt in inſtanti ex paruo facere maius rarefaciendo, & ex maiori minus condenſando, & ſic in inſtãti erit occupatio, maioris uel minoris loci, & iſtud futurum in reſurrectione tenet doctor, & ita in inſtanti pellitur aer, cum corpus de nouo creatur, non tamen effectiue a corpore. Sed immediate a uirtute diuina. Creante illud corpus, ulterius inquit doctor dari uacuum ad tempus nullam includit contradictionem, nam ſi poteſt ex maiori corpore in inſtanti facere minus, & in inſtanti poteſt annihilare, & poteſt aerem circunſtã

tem

tem dimittere ſuæ naturæ, et cum natura nõ poſſet mouere illum in in-
ſtanti, erit ibi uacuum ad tempus, donec natura moueat illum aerem,
ad ſuperficiem corporis condenſati: His ſuppoſitis facile eſt difficulta-
tem ſoluere, dico igitur quod aqua, ubicunq; eſt corrumpitur, ſi in uno lo
co corrumpitur per ſeparationem formæ a materia, & quod corrumpi-
tur per introductionem formæ terræ, illius inq̃; quæ eſt in Italia, & tunc
Deus poterit latera uaſis continuare & mouere in inſtanti, poteſt etiam
illa ſuæ naturæ dimittere & tunc inter latera uaſis erit uacuum ad tem-
pus, & tunc ad caſum poſitum dico, quod graue poſitum intra uas po-
terit localiter moueri per uacuum, quod ſi a propria forma, & propria
uirtute eſt eius motus ille omnino erit in tempore ad illud uero quod di-
citur de uacuo dicendum quod cauſa ſucceſſionis in quolibet motu eſt
reſiſtentia mobilis, ad motorem, non talis autem ut illud motor mouere
non poſſit, neq; ut inclinetur ad oppoſitum, quia ſic motus nõ eſſet na-
turalis, ſed talis, quod ſemper mobile eſt ſub aliquo, merito cuius non po
teſt ſtatim ſuccedere terminus per ſe intẽtus, Iſta uero reſiſtentia eſt pro-
pter defectum uirtutis. propter quod non eſt incõparatione, ad uirtutem
infinitam, graue igitur illud poſitum in uacuo ſucceſſiue moueretur, Ad
dictum uero Philoſophoꝝ negantium motum in uacuo, dicẽdum, quod
uacuum non poſſet cedere naturæ grauis ſecundum eos, tamen ſi poneſ
tur poſſe cædere, & quod latera pleni non eſſent ſimul, tunc motus gra-
uis eſſet ſucceſſiuus in uacuo quia prior pars uacui, prius cederet, & to-
tum graue prius tranſiret hanc partem ſpacij, q̃; illam. Illa autem famo-
ſa propoſitio .ſ. quod qualis eſt proportio medij ad medium, talis eſt
motus ad motum, eſt fortaſſe uera in eorum opinione. qui poſuerunt ua
cuum eſſe cauſam totalẽ ſucceſſionis in motu. Nos uero dicimus iuxta
opinionem q̃; nunc defendimus, quod ſucceſſio in motu eſt ratione mo-
bilis, in ordine ad medium ſpatium ſiue plenum ſiue uacuũ. modo uacu
um poſſit cædere, uerum ultra hanc eſſentialem ſucceſſionem, merito ali-
cuius conditionis impleno motus ſolet eſſe uelocior aut tardior, hac aũt
accidentali ſucceſſione priuatur motus qui fieret in uacuo. ſi quis ergo
poneret motum in uacuo: cum iſta duplici ſucceſſione in inconueniens
incideret ſuper illa medij proportione fundatum, nos uero nõ ponimus
uacuum neceſſarium, uel promotiuum in motu ſed ibi ſolum poſſe fieri
motum, & ille eſſet ſucceſſiuus, ſola eſſentiali ſucceſſione, & non aliqua ſu
per addita, quid ergo habet Ariſto. contra aduerſarium dico, ut dicit do
ctor quod tantum habet, quod uacuum nullam qualitatẽ accidentalem
habet, ultra ſucceſſionem eſſentialem, quia ſi ſic poſſet aliquod medium
plenum dari æquale, & tunc per medium plenum & uacuum fieret mo-

tus in tanto tempore, quantum tempus correſponderet illi cõditioni accidentali motus quod eſt impoſſibile, quia ſecundum hoc media eſſent improportionabilia, neq; audienda eſt quorundam expoſitorum ſententia, quod animal in uacuo poſſet ſucceſſiue moueri ſed non corpus ſimplex, quia deficit pluralitate formarum nõ.n. mobile motori reſiſtit, quia informatum alia forma, ſed quia ſemper in principio motus, eſt ſub aliquo cui non poteſt in inſtanti ſuccedere terminus intentus, hoc autem cõuenit mobili quatinus mobile eſt, & non quatinus in actu per aliã formã quia per illam unicam ſatis eſt in actu ut ſit ſubiectun motus, differens a ſubiecto generationis, & ſic difficultati ſatisfeciſſe credo quicquid dicat Aueroys cõtra Auempacem nec me fugit quod eſt præcipua difficultatum quæ poſſunt contingere opinioni doctoris, Ad ſequentem rationem dico quod eodem modo dicendum eſt de diuerſis agentibus in diuerſis locis, ſicut ſi eſſent approximata paſſo in eodem loco, dico ergo quod aut illa agẽtia per frigidũ & humidũ ꝓducerent aliquem effectũ cõmunem ambobus, aut diuerſas materiæ partes informabũt, diuerſis formis, aut unũ erit impeditiuũ alterius, licet.n. frigiditas & humiditas ſint qualitates inuicem conſtantes, tamẽ ut inſtrumenta quibus utuntur diuerſæ formæ ſpecie non ſe compaciuntur ad inuicẽ, Vnde frigiditas introducta ab aliquo miſto pro introductione formæ ſuæ, non compatitʳ humiditatem introductam ab altero miſto quæ facit pro generatione alterius formæ, & iſtam difficultatem patiuntur etiam qui ſunt opinionis oppoſitæ, ubi tria corpora ponantur in eodem loco, Ad ſequentẽ rationẽ dicendũ quod licet corpus poſſit eſſe eodẽ tempore pluribus in locis una forma tamen nõ poteſt formali præſentia eſſe præſens pluribus corporibus, quia unum ſubiectum reſpondet adæquate in ratione perfectibilis uni pfectioni, ũde quod ſit una forma ſpecifica dans eſſe & diſtĩcta ſuppoſita, eſt ſimpliciter impoſſibile, caſum tñ admittẽdo, dico qđ illa anima nõ eſſet infinita, nõ.n. omni modo eẽ cõmune ſimpliciter pluribus ſuppoſitis, realiter diſtinctis arguit infinitatem ſimpliciter nam & ſpiratio actiua eadẽ numero eſt in duobus ſuppoſitis realiter diſtinctis ipa tamen neq; finita neq; infinita formaliter eſt: ſecundũ doctrinã doctoris nõ.n. illi primo cõmunicari conuenit ſed merito fundamẽti diuina ergo eſſentia eſt infinita, & ratione ſuæ infinitatis, eadẽ numero indiuiſibilis, eſt cõmunis tribus ſuppoſitis, & quodlibet eorum eſt idẽ realiter ſibi & intrinſece anima uero eſſet communicata pluribus ſubiectis realiter diſtinctis ab ea & iſti qui ſunt opinionis oppoſitæ tenẽt, qđ eadem numero natura poſſet aſſumi, a duobus ſuppoſitis, quæ tñ nõ eſſet infinita. Ad alia inconuenientia dicitʳ qđ illi eſſent plures homines numero, ſed nõ ſicut

modo

go dicit hic quod de cœlo deſcendit,quibus Ieſus dixit,nolite murmura-
re inuicem quia nemo poteſt uenire ad me.i.mihi uniri per fidẽ & chari-
tatem,niſi pater meus qui me miſit traxerit eum,hoc ẽ illi reuelauerit me
eſſe filium Dei,miſſum ad ſalutem mundi,ideo legitur Matthei.16.bea-
tus es Simon Bariona,quia caro & ſanguis non reuelauit tibi ſed pater
meus qui eſt in cœlis,unde Io.primo unigenitus filius qui eſt in ſinu pr̃is
ipſe enarrauit,nomen autem tractus non uiolentiæ aſcribas,ſicut a Phi
loſophis,inter uiolentos motus connumerari ſolet ſed intelligas inſpira-
tionem,reuelationem,& aliquam præuenientem gratiam,& ſi conſidera-
ueris conuerſionem Pauli tempore quo Chriſtum perſequebatur,nomen
tractus non abhorrebis,& ego ſuſcitabo eum,addidit uero hoc ut intelli-
gas unam eſſe potentiam quæ trahit & ſuſcitat,& erunt omnes docibiles
Dei,i.de omni genere hominum erunt docibiles per internam illumina-
tionem,nam omnis qui a patre audiuit interna ſcilicet illuminatione,&
didicit:uenit ad me credendo ſcilicet,& operando , ne q̃s autẽ exiſtima-
ret iſtos audientes a patre patrem uidere ſubdit non quia patrem uidit
quiſq̃; niſi is qui eſt a Deo hic uidit patrem qui ergo a Deo eſt per æter-
nam generationem,figura ſubſtantiæ,ipſe uidit naturaliter patrẽ & ſub-
dit,amen amẽ dico uobis qui credit in me habet uitã æternam, quia ego
ſum panis uite.i.uitam conferens abſolute & ponit differentiã inter mã
nam quæ eſt ros cœleſtis,& panem quem ſe ipſum uerum de cœlo dixe-
rat quod proportionaliter intelligas,illi comedebant & manna illis non
conferebat non mori ſecundum corpus,propter quod cibus ille ſumeba
tur,panis autem iſte cœleſtis ad uitam animæ ordinatur,& facit uitam æ
ternam ſpiritus plus ergo operor ego q̃; Moiſes.tũ quia Moiſes non fe-
cit illam,tũ quia panis iſte uitam animæ reddit æternam,ratione eius in-
trinſeca,licet defectu liberi arbitrij quandoq; ſequatur oppoſitum, mors
ſcilicet æterna,ros autem ille qui pluit in deſerto non erat ſufficiens red-
dere corpus potens non mori.Et panis quem ego dabo dixerat Ieſus. ſe
panem qui de cœlo diſcendit ne ergo crederent Iudei ſicut credunt mo-
derni hæretici,Chriſtum eſſe panem uiuificatiuum ſola ratione uerbi in-
cipit docere quod eſt panis uiuificatiuus etiam ratione ſui ſacratiſſ. cor
poris ſecundum quod exponit,Chriſoſtomus.ideo dicit & panis quem
ego dabo caro mea eſt pro mundi uita,ubi incipit prædicare, & prædiſ-
ponere homines anteq̃; inſtituat ſacramentum quod nemo alius poſſet,

Digitized by Google

neq; Papa neq; Eccleſia,neq; Angelorum multitudo,& oſtendit ſub qua
ſpecie uult inſtituere illud,ideo utrumq; complectens dicit, Panis quem
ego dabo,dicit ego ut a Romana Eccleſia confictum nõ exiſtimes ſacra
mentum,dicit dabo qa erat in Caſarnaum,ordinaturus autem erat illud
ſacramentum in ultima cœna quæ celebrata fuit Hieroſolymis,dixit ue
ro caro mea eſt non carnem meam ſignificat,& ueritatem docẽs ueritas
dixit quam ego dabo ſcilicet crucifigendam pro mundi uita, caro ergo il
la uirtute ſpiritus ſancti concepta eſt,quam promiſit Caſarnaum & ob-
ſeruauit Hieruſalem & obſeruabit usq; ad conſumationem ſæculi, dixit
uero pro mundo iuxta illud,Io.2.ipſe eſt ꝓpitiatio pro peccatis noſtris
& non pro noſtris tantum ſed etiam totius mundi,& patet quam inepte
exponant locum iſtum dicentes ſic,Et fides q̃ habetis de carne mea ex-
poſita a Patre pro mundi ſalute.eſt cibus animæ ueſtræ, ſed teſtus dicit
panem,& iſti exponunt fidem.O admirabilis expoſitio, non intelligunt
iſti cæci quod intellexere Iudei,dicentes, quomodo poteſt hic dare carnẽ
ſuam ad manducandum quibus reſpondet Ieſus non dicẽs quod come-
derent panem,carnem eius ſignificantem & biberent uinũ ſignificatiuum
ſui ſanguinis,aut fidẽ de paſſione Domini & omnis eorum ceſſaſſet obie
ctio,ſed dixit quid comeſturi eſſent,& quid bibituri, & necæſſitatẽ come-
dendi & bibendi dicens,niſi manducaueritis carnem filij hominis, & bi-
beritis eius ſanguinem,uitam in uobis nõ habebitis,& ſicut uera fuit mã
na de qua patres eorum murmurauerunt in deſerto numeri.21.dicentes
anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo,ita uera ẽ Chriſti caro, &
de Chriſti carne murmurãt,Chriſtus autem neceſſitatem imponit, ut q̃d
illi exiſtimabant impoſſibile dicentes,quomodo poteſt hic carnem ſuam
dare nobis ad comedendum,neceſſarium intelligant ad ſalutem, & de cõ
meſtione ſacramentali intelligit,neceſſitas uero huius ſacramenti, Baptiſ
mi ſufficientiæ non derogat,qui ianua eſt ſacramentorum ſacramentum
uero Euchariſtiæ eſt neceſſarium aut actu,aut in uoto, aut proprio,ut in
adultis,aut ſaltẽ uoto Eccleſiæ.ut pueris qbus fides Eccleſiæ ſuccurrit &
in qua baptiſmum ſuſcipiunt,& animaduerte hic lector quod ad euitan-
dum quorundam Boemorum errorem,communicantium etiam pueros
ſub utraq; ſpecie modernus quidã expoſitor omnino contendit ſermonẽ
Domini,nõ eſſe de comeſtione ſacramẽtali ſed de fide mortis Chriſti. aut
ſacramenti Euchariſtiæ,ſed iſte contradicit patribus,in primis Chriſoſto
mo dicenti ut ſuperius allegauimus quod Chriſtus loquitur de pane uiui
ficatiuo rationæ ſui corporis,cum infra dicit,panis quem ego dabo caro
mea eſt pro mundi uita,Auguſtinus etiam ſuper Io.homelia.27.exponit
uerba Io.de Chriſti corpore,& ſanguine in ſacramento altaris,unde dicit

hunc

hunc itaq; cibum & potũ ſocietatem uult intelligi corporis & ſuoꝝ mem
brorum,quod eſt Eccleſia in predeſtinatis,& uocatis,& iuſtificatis, & glo
rificatis,ſanctis,& fidelibus eius,huius rei ſacramentum.i.unitas corpo-
ris & ſanguinis Chriſti,alicubi quotidie,alicubi certis interuallis dierum
in dominica menſa præparatur.& de dominica menſa ſumit̃, qbuſdam
ad uitam,quibuſdam ad exitum,hæc ille,ſimiliter in libro de cõcordia E-
uangeliſtarum libro.3.capite.primo dicit quod ideo Io.non fecit mētio-
nem de corpore Chriſti & ſanguine,quãdo cœnam & lotionem deſcribit,
quia iam ãtea in.6.capite,hoc tractauerat,& quomodo Io. q rimatus eſt
difficillima legis poterat hoc ſacramentum ſilentio præterire, aut ubi loq
tur de hoc.ſi hic non intendit de illo,inducimus uero iſtos doctores con-
tra iſtum expoſitorem quia catholicus eſt, nec Boemorum fundamenta
nos perturbant,neceſſitatem.n.huius ſacramenti uidiſtis,aut in actu ſcili
cet,aut in uoto,aut proprio aut Eccleſiæ,de cõmunicatiõe uero ſub utra-
q; ſpecie,dico quod qui corpus ſumit eius ſanguinem ſumit,nam corpus
illud uiuum eſt , & cum ſanguine ſicut in cœlo,neq; in calice eſt ſanguis
extra uenas,ſed uſus eſt teſtus uerbo potandi,aut propter liquidam natu
ram ſanguinis,aut potius propter accidentia uini fluẽtia non oportet er
go illa ſeparatim accipere,quia non habetur hoc ex teſtu ſacerdotes ta-
men utuntur illo modo communicandi, ut repreſentent dominicã paſſio
nem,quo ad ſeparationem ſanguinis a corpore nam qui panem illũ co-
medit mortem Domini annunciat,explicatius tamen ſi ſanguinis ſacra-
mentum ſeparatim ſumit & hæc erat conſuetudo in populis , in princi-
pio naſcentis Eccleſiæ, aucta tamen poſtea Chriſtianorum multitudine
rationabili cauſa populo denegatur,propter ſcandala quæ de facili oriri
poſſent,propter liquidam naturam accidentium uini,neq; denegat̃ po-
pulo uia ſalutis,quia neq; ſacerdos plus accipit q̃ quilibet de populo ,
Redeamus uero ad Io.Euangelium quod nunc præ manibus habemus ,
ſubiunxit ergo Ieſus utilitatem prouenientem manducantibus eius cor-
pus & eius ſanguinem bibentibus,dicens qui manducat meam carnem
& bibit meum ſanguinem habebit uitam æternam , ecce animæ præmiũ,
uitam promittit æternam.quid ſit autem uita æterna. habes Io.17. hæc
eſt uita æterna ut cognoſcant te ſolum uerum Dominum. & quem miſi-
ſti Ieſum Chriſtum,& egò eum ſuſcitabo ſcilicet dotibus corporis inſigni
tum,ſi ergo a uiuo uiuum eſt.& a corpore eius & ſanguine uita ſumenti-
bus promittit̃ a Domino.uiuũ Chriſti corpus ibi eſſe non dubites,ulte
rius ueritatem hanc explicat Ieſus dicens,Caro mea uere eſt cibus,& ſan
guis meus uere potus,dicit uere.ut omnis methaphora, omnis ſimilitudi
naria expoſitio & figuralis tollat̃ e medio,figura.n.rei nõ uere dicit̃ res,

ſpiritus qui ſalutem operatur, caro ergo Chriſti in ſacramento dentibus non ſcinditur neq; facta alteratione in nutriti ſubſtantiam conuertitur, ſed manducatio ſpiritualis ueræ ſubſtantiæ corporis Chriſti quod ſub illis ſpeciebus non frangitur, cibat animam ſpiritualiter & ſacramētaliter manducantis quia uel gratiam confert, uel iam habitam auget ad præmium, ulterius ſubdit uerba quæ ego loquutus ſū, ſunt ſpiritus & uita .i. qđ dixi de mãducatiõe panis cœleſtis, qui mea caro eſt ſecūdum ſenſum ſpiritualem, ſpiritus eſt & uita animæ qa ſicut corpus uiuit propter animã ita anima uiuit propter ſpiritum, corpus ergo quod eſt in ſacramento, & non modo ſenſibili, uitam operatur in uobis, nec .n. eſt impoſſibile aliquid eſſe corpus & ſpiritualiter manducari ut credunt obijcientes hæretici, non .n. quod ſpiritualiter manducatur, ſpiritus eſt, cibatur igiť anima noſtra, Chriſti corpore glorioſo quod realiter accipit, ſpiritualiter & ſacramentaliter, & cur his uerbis, uerba mea ſunt ſpiritus & uita, non conferunt tot alia uerba ab alijs Euangeliſtis poſita, quæ huius ſacramenti ueritatem predicant, ut accipite & manducate hoc eſt corpus meum, & hic eſt ſanguis meus qui pro multis fundetur, & panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi uita: & niſi mandcaueritis carnem filij hominis & biberitis eius ſanguinem non habebitis uitam in uobis, qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem habet uitam æternam, & caro mea uere eſt cibus & ſanguis meus uere eſt potus, & alia multa quæ iſti heretici peruertunt, & dicant iſti ſi caro non prodeſt quicq̃ ita abſolute debet intelligi ut iſti exponunt ſequeretur quod caro Chriſti circunciſa paſſa & mortua non profuiſſet quicq̃, contra illud Lucæ ultimo oportuit pati Chriſtum & ita intrare in gloriam ſuam: & prima Petri ſecundo, Chriſtus paſſus eſt, ꝑ nobis & infra qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum & Apochalip. primo in ſanguine ſuo lauit nos liuore enim eius ſanati ſumus, & ſi carnis paſſio non profuiſſet, gratis Chriſtus mortuus fuiſſet: non enim abſolute intelligitur quod caro non prodeſt quicq̃: ſed dicunt iſti uera eſt ſententia dicens caro non prodeſt quicq̃ de manducatione .ſ. ſed quomodo erit iſtud dicente Chriſto Io. .6. Iudeis murmurātibus ꝙ neceſſariū erat ſuã carnē manducaŕ & eius ſanguinem bibere, quia caro ſua uere eſt cibus & ſanguis ſuus uere eſt potus, caro ergo Chriſti ut paſſa prodeſt. ut manducata prodeſt uerum ut corporaliter manducata non prodeſt: caro ergo carnaliter mãducata non prodeſt, manducare ergo precepit & accipere uerum Chriſti corpus

D

ſub ſpeciebus panis,non tamen modo ſenſibili & carnali manducatione ſed ſpirituali quam iſti nõ intelligunt ſtare cum reali exiſtentia corporis Chriſti ſub modo ſacramentali:neq; omnia hæc opportet exponere de fide paſſionis Domini,quam toties docuerat Dominus,neq; opportebat celare ueritatẽ Iudeis quam Paulo ante docuerat, dicens opus Dei eſt ut credatis in eum qui miſit me,q; ſi indurare poſtmodum uoluit corda eorum.Quomodo eiſdem uerbis preciſe eſt uſus in nouiſſima cœna Hieroſolymis celebrata, cũ dilectis ſuis loqueretur:ex his quæ dicta ſunt patet error modernorum hereticorum,negantium Euchariſtiam eſſe ſacrificium, nam aliquid factum ad honorem ſoli Deo debitum & ad eum placandum:cur ſacrificium non appelletur non uideo, præterea illud quod Deo exhibetur,ut ſpiritus hominis feratur i Deũ ſacrificium dici poteſt: iuxta illud Prophetæ ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus,Euchariſtia autem utimur ut ſpiritus noſter feratur in Deum:præterea ſacrificia ordinantur ad tria primo ad remiſſionem peccati iuxta illud Pauli ad Hebreos.5.omnis namq; pontifex ex hominibus aſſumptus, ꝓ hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deum ut offerat dona & ſacrificia pro peccatis.2.ordinantur ſacrificia ad conſeruationem gratie: ideo offerebatur hoſtia pacifica Leuitici.3.3.ordinantur,ut perfecte anima Deo uniatur quod fit in gloria ideo in ueteri lege offerebatur olocauſtũ .i.totum incenſum,cum ergo in ſacramento contineatur Chriſti corpus per illud remittũtur peccata iuxta ſermonem Apoſtoli ad Hebreos.10. habemus fiduciam per ſanguinem eius i introitu ſanctorum licet principaliter non ordinetur ad remiſſionem peccati: quia qui indigne ſumit iudicium ſibi manducat & bibit:illud tamen ſacramentum nouæ legis de ſe poteſt & deuoti accidentis attritio fieret contritio ubi confeſſio fortaſſe fieri non poſſet, conſeruat etiam nos in gratia ut patet per Chriſti promiſſionem dicentis qui manducat meam carnem uitam habebit eternã, quia manebit in Chriſto & Chriſtus manebit in eo.ſacrificium quoq; dicitur quia eſt ſpeciale rememoratiuum paſſionis Domini iuxta ſermonem Domini, Lucæ.22. hoc facite in meam commemorationem, & Paulus ad Corrinthios,quotieſcunq; manducabitis panem hunc,mortẽ Dñi ãnũtiabitis,ꝑpter quod baptiſmus ita eſt ſacramentũ q; nõ pt dici ſacrifitiũ dr̃ et hoc ſacramentum Euchariſtia:quia illum continet qui fons eſt & origo omnis gratie d̃ cuius plenitudine omnes accepimus, Io. primo, cõtinet,n,ſubſiſtentẽ nõ accidentalẽ grãm,ideo Euchariſtia dicit̃.i. bona

gratia

gratia:& dicitur etiam uiaticum,quia in uia nos ſubſtentat per modũ nu trimenti & ad finem perducit: nemo enim uenit ad patrem niſi per filiũ dicitur uero communio, quia per hoc ſacramentum unimur inuicem & Chriſto ut patet Io.6.qui manducat meam carnem & bibit meum ſan guinem in me manet & ego in eo:ſolet etiam alijs nominibus nominari ut mefterium fidei & huiuſmodi ut dicemus cum de forma conſecratio nis erit habendus ſermo. ¶ Hucuſq; probatũ eſt ex teſtu Euãgeliſtarum & Pauli quod ſub ſpeciebus panis ſit uerum Chriſti corpus: ut tamen he retici magis confundantur, animi autem Catholicorum magis refician tur decreui inducere quid ſuper hoc precipui doctores dixerint preſertim cum doctoribus iſtis uelint aduerſarij eorum hereſim defendere & tan tum ſacramentum impugnare. Damaſcenus igitur libro.4.C.5.ait nunc interrogans qualiter panis ſit corpus Chriſti, & uinum & aqua ſan guis chriſti dico tibi & ego quod ſpiritus ſanctus ſuperuenit & hæc facit quæ ſunt ſuper rationem & intelligentiam:& infra quemadmodum in ba ptiſmate quia conſuetudo eſt hominibus aqua lauari & oleo ungi coniu gauit oleo & aquæ gratiam, ſpiritus & fecit illud lauacrum regeneratio nis, Ita quia conſuetudo eſt hominibus panem comedere & uinum bi bere & aquam coniugauit eis Ieſus diuinitatem & fecit ea corpus & ſanguinem eius,hec iſte Doctor egregius.

¶ Diuus autem Ambroſius.8. de ſacramentis dicit,ſicut uerus Dei fili us eſt Dominus Ieſus Chriſtus, ita uera Chriſti caro ē quam accepimus & uerus ſanguis eius eſt potus. Item in eodem libro ait iſte autem panis ante uerba ſacramentorum panis eſt uſitatus,ubi acceſſerit conſecratio de pane fit caro Chriſti: conſecratio autem quibus uerbis eſt & quibus ſermonibus niſi Domini Ieſu ſi enim tanta uis eſt in eius ſermone, ut in ciperent eſſe que non erant, quantomagis operatorius eſt ut ſint quæ e rant & in aliud commutentur: ſi enim operatus eſt ſermo cœleſtis in alijs rebus cur non operatur in cœleſtibus ſacramentis: ergo ex pane corpus fit Chriſti & uinum fit ſanguis conſecratione uerbi cœleſt s mo dum requiris accipe conſuetudo eſt ut non generetur homo niſi ex uiro & muliere,ſed quia uoluit Dominus de ſpiritu ſanto & uirgine natus eſt Chriſtus, Item Auguſtinus in libro de uerbis Domini, ſicut ergo per ſpi ritũ ſanctum uera caro ſine coitu creatur, ita & per eundem ſubſtantia panis & uini .ſ. corpus Chriſti & ſanguis conſecratur.

¶ Item Hylarius.8. de Trinitate ait de ueritate igitur carnis & ſangui nis Chriſti nõ relictus,ẽ,ambigẽdi locus nũc.n.ex ipſius dñi profeſſione & fide noſtra uere caro eſt & uere ſanguis eſt,hoc ergo uitæ noſtre cã in

nobis carnalibus manentem per carnem Chriſtum habemus uicturis no
bis per eum ea conditione qua uiuit ille per patrem & 10. de trinitate di⸗
cit ſe panem hic dicit ac ne uerbi uirtus atq; natura defeciſſe exiſtimaret
in carne panem carnem ſuam eſſe dixit ut per hoc qui deſcendens de cœ
lis panis eſt non ex humana conceptione: origo etiam corporis eius exi⸗
ſtimaretur dum cœleſte etiam corpus oſtenditur at uero cũ panis eſt, ab
ſumpti per uerbum corporis eſt profeſſio. ❡ Item Hieronymus in ſer⸗
mone dominice poſt Epiph. ſic ſcribit ſinguli autem accipiunt totum
Chriſtum dominum, & ſingulis portionibus totus eſt, nec per ſingulos
minuitur ſed in ſingulis ſe prebet: Item idem ad eluidum, nec Moiſes de⸗
dit nobis panem uerum ſed dominus Ieſus ipſe conuiua & conuiuiũ ipſe
comedens & qui comeditur. ❡ Iterum Ambroſius in libro de ſacramen
tis ea. diſt. reuera, reuera inquit mirabile eſt quod Deus mannam pluerit
patribus, & quotidiano cœli paſcebantur alimento: unde dictum panem
angellorum manducauit homo, ſed tamen panem illum qui manducaue
runt omnes in deſerto mortui ſunt, eſt autem eſcha quam accipitis iſte
panis uiuus qui de cœlo deſcendit q̃ uite æterne ſubſtantiã adminiſtrat &
quicunq; hunc panem manducauerit non morietur in eternum quia cor
pus eſt Chriſti conſidera nunc utrum preſtantior ſit panis angelorum
an caro Chriſti quæ utiq; corpus eſt uite, manna illud de cœlo, hoc ſuper
cœlum: illud cœli hoc domini celorum illud corruptiõi obnoxiũ ſi in diẽ
alterum ſeruaretur hoc alienum ab omni corruptione quicunq; religioſe
guſtauerit corruptionem ſentire non poterit: illis aqua de petra fluxit ti⸗
bi ſanguis ex Chriſto illos ad horam ſatiauit aqua, te ſanguis diluit in e⸗
ternum: Iudeus bibit & ſitit, tu cum biberis ſitire non poteris illud in
umbra, hoc in ueritate, & poſt pauca ſequitur potior eſt lux q̃ umbra ue⸗
ritas q̃ figura corpus creatoris q̃ manna de cœlo, & infra multis mira⸗
culis recitatis dicit, ſed quid argumentis utemur, ſuis utamur exemplis
incarnationis aſtruamus miſterij ueritatem nũquid naturæ uſus preſen⸗
ſit cum Dominus Ieſus ex Maria naſceretur, ſi ordinem querimus uiro
miſta femina generare conſueuerat, liquet igitur q̃ preter nature ordinẽ
uirgo generat, & quod confecimus corpus ex uirgine eſt: Quid hic na⸗
ture ordinem queris in Chriſti corpore: Cum preter naturam ſit ipſe Do
minus Ieſus partus ex uirgine, uera utiq; caro Chriſti eſt quæ crucifiſſa
eſt, quæ ſepulta eſt, uere ergo illius carnis ſacramentũ eſt, ipſe clamat Dñs
Ieſus, hoc ẽ corpus meũ ante benedictiõem uerboꝝ cœleſtiũ alia ſpecies
noiat᷑ poſt cõſecrationẽ Chriſti corpus ſignificat᷑, ipſe dicit ſanguinẽ ſuũ
ãte cõſecrationẽ aliud dr̃ poſt cõſecrationẽ ſãguis nũcupat᷑ tu dicis amẽ

hoc eſt

hoc eſt, uerum ē quod os loquitur mēs intenta fatetur quod ſermo ſonat affectus ſentiat.

℄ Item idem in cap. Omnia quecunq; dicit, omnia quecunq; uoluit Dominus fecit in cœlo & in terra, & quia uoluit ſic factum eſt, ita licet figura panis & uini uideātur, nihil tamen aliud quam caro Chriſti & ſanguis poſt conſecrationem credendum eſt, unde ipſa ueritas ait ad diſcipulos: hoc inquit caro mea eſt pro mundi uita & mirabilius loquar nō alia plane q̄ quæ nata eſt d̄ Maria, & paſſa in cruce & reſurrexit de ſepulcro, hæc inq; ipſa eſt, & ideo caro Chriſti eſt quæ ꝑ mundi uita adhuc odie offertur, & cum digne accipitur uitam utiq; æternam in nobis operatur panē q̄dē iſtū quē ſumimus in miſterio illū utiq; intelligo panē q̄ manu ſpiritus ſancti formatus ē in utero uirginis, & igne paſſiōis decottus ī ara crucis.

℄ Item Auguſtinus in libro ſententiarum proſperi ſic dicit, nos autē in ſp̄e panis & uini quam uidemus res inuiſibiles. ſ. carnem & ſanguinem honoremus, nec ſimiliter comprehēdemus has duas ſpecies quēadmodū ante conſecrationem aprehendebamus, cum fideliter fateamur ante conſecrationem eſſe panem & uinum quod natura formauit poſt conſecrationem uero carnem Chriſti & ſanguinem quod benedictio conſecrauit: Item in eodem libro dicit, hoc eſt quod dicimus q̄d modis omnibus approbare contendimus, ſacrificiū Eccleſie duobus modis confici duobus conſtare uiſibili elemētorū ſpecie & inuiſibili domini noſtri Ieſu Chriſti, carne & ſanguine, & ſacramento & re ſacramenti. ſ. corpore Chriſti uide etiam quæ dicit in libro de Trinitate, Item ſupra pſal. 33. omeli. 2. acceſſerunt ad Ieſum Iudei ut crucifigerent nos accedamus ut corpus eius & ſanguinem accipiamus, Item in pſal. 75. ipſum ſanguinem quem per inſaniam funderūt per gratiam biberūt, multa alia induci poſſent quæ ſub ſilentio pertranſeo ne librum implcā authoritatibus quas iſti negligere & dedignari uidentur, uolui tamen has inducere tum quia illi allegant multos ex his doctoribus pro eorum heresi fouenda, tum ut ſciant catholici ſe defendere ab importunitatibus iſtorum, & ſciant quod nō ſummergent' q̄a Chriſtus uigilat q̄ ſpōſam ſuā nō reliquit quā zelo magno diligit

Solutiones ad rationes hæreticorum.

REmanet nūc ratiōes factas ab aduerſarijs oſtendere cōtra ueritatē nō cōcluderē, ad ꝑmā ergo rationē iā reſpōſum ē declarādo euāgeliū Io. ab iſtis ꝑperā intellectū, Chriſti. n. caro dētibus ſciſſa & in ſtōmaco digeſta nihil ꝓdeſſet nā ſic Iudei intelligebāt ſermonē Dn̄i, & q̄d eſſet erogaturus eis, carnem ſuam ideo dicebant durus eſt iſte ſermo propter

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quod Chriſtus eos ab errore reuocans certificauit eos quod corpus eius glorioſum aſcenſurũ erat in cœlos & conſequenter nõ erat ſic daturus carnem ſuam ad comedendum, ut nauſeam generaret modus ergo comedẽdi carnalis non prodeſt neq; caro eius ut humana eſt & e,regiõe ſpiritus accepta prodeſt quicq̃,prodeſt autem Chriſti caro quæ caro eſt & ſpiritus, Caro ergo nihil prodeſt caro Chriſti prodeſt quia eſt unita ſuppoſito uerbi iuſta illud Aug. 1 0. de Ciuitate Dei non enim caro per ſe ipſam mundat ſed per uerbum a,quo ſuſcepta eſt:quod cum ſit principiũ omnium ſuſcepta anima de carne & animam credentium mũdat & carnem: ergo caro non prodeſt quicquam quid enim prodeſſet Chriſto propinquum eſſe propinguitate carnis ſpiritus eſt qui uiuificat & caro Chriſti ut Chriſti eſt, caro eſt & ſpiritus & ut ſpiritus uiuificat non ut eregiõe ſpiritus diſtinguitur oportet ergo ſpiritualiter miſteria intelligere non quod ibi non ſit ſacramentaliter uerum Chriſti corpus ſed interioribus oculis carnem Chriſti ueram ſub ſpeciebus panis adorare & ſacramentaliter & ſpiritualiter comedere.

¶ Ad ſecundam rationem patet ſolutio quia uera Chriſti caro non carnaliter comeſta ut cætere carnes comeduntur nauſeam non generat, ũde Chriſtus ſatis nauſeam eiecit cum modum carnaliter manducandi negauit unde Iudei precipue uidebantur dubitare de modo quia aliũ modum comedendi carnes preter ſolitum ignorabant, ideo dicebant quomodo poteſt carnem ſuam dare ad manducandum: Inſtruttis autem de modo per fidem non eſt nauſea ſed maxima delectatio uniri cum Chriſti corpore ſicut fit cum digne ſacramentum iſtud ſuſcipitur.

¶ Ad tertiam rationem in qua dicitur q; omnes ſenſus contradicunt noſtre poſitioni, dicendum eſt, quid querũt iſti naturæ ordinem, Chriſtus ex uirgine ſine uiro preter naturam natus, & mortuus reſurrexit, preter naturam mortuos ſuſcitabat, preter naturam aſcendit ad cœlos, ſi hæc euangelio credimus, cur non credemus eidem dicenti hoc eſt corpus meum, & hic eſt ſanguis meus, Captiuare etiam oportet intellectum in obſequium dei & ubi ſenſus preſtarent experimentum euacuaretur & fides & meritũ fidei. Cuius hoc ſacramentum eſt miſterium ſed quia iſte ſpecies cõſecrate poſſunt nutrire & conſequenter ex eis generari ſubſtantia aliquid eſt dicendum, quia ex non ſubſtantia non poteſt fieri ſubſtantia & aliqui ſunt qui dicunt quod Chriſtus eſt in Euchariſtia quamdiu ſpecies ſunt, Ita q̃d ſub illis poſſet ſtare ſubſtantia panis, ſtatim autem quod deſinit ſub illis eſſe corpus Chriſti redit ſubſtantia panis ſed iſti ſunt in errore manifeſto neq; ſtant in opinione queritur enim ab iſtis quando redit ſubſtantia panis aut redit in ultimo inſtanti quando, ſ. generatur ſubſtantia nutriti uel

ante

ante illud inſtans ſi in illo inſtanti ergo tunc eſt panis & non panis eſt.n. panis poſitione,non eſt panis quia primum eſſe ſubſtantie genite eſt primum non eſſe panis ex quo generatur ſi uero redit ante illud inſtans ergo remanebunt per aliquod tempus ſpecies panis conueniétes ſine Chriſti corpore uel Chriſti corpus per aliquod tempus erit in ſimul cum ſubſtantia panis quod iſti admittere nolunt. Ideo alij aliter dicunt quod anti quo miraculo deus nouam materiam creat non autem illá quam in corpus Chriſti conuertit,ſed quero ab iſtis excellentibus Theologis quando redit iſta materia aut redit in inſtanti quando noua ſubſtantia generatur uel ante illud inſtans ſi ante ergo eſt ibi chriſti corpus cum alia materia quod illi non concedunt,preterea illa materia omnino erit cũ aliqua forma quia ſecundum illos non poteſt materia per quamcunq; potentiam eſſe ſine forma quia contradictionem implicat ſecundum eos neq; poteſt Deus effectum formalem ſeparare a,cauſa formali eſſe auté effectus forme ponitur ergo erit Chriſti corpus cum alia ſubſtantia aut erit materia ſine forma,ſi uero ponitur in eodem inſtanti fruſtra ponitur ut agens naturale ex ea generet,cum non generet niſi ex materia quanta,preterea generat corrumpendo materia autem illa non ponitur redire cum forma corrumpenda quia ſic etiam concurrerent primum ſui eſſe & primũ ſui non eſſe neq; audienda eſt quorundam ſententia quod dimenſionibus propter propinguitatem quam habent ad materiam conceditur q̃d poſſint ſubeſſe forme ſubſtantiali & tunc uel diuina potentia dabitur dimenſionibus natura materiæ,uel materia aduenit propter concomitantiam ad formam:iſtud inq; omnino mihi apparet impoſſibile quod forma ſubſtantialis perficiat dimenſiones,quæ non ſunt materia ſubſtantialis,& ſimile eſſet dicere albedinem angelum informare, præterea actus in genere ſubſtantiæ non poteſt eſſe actus potentiæ in genere accidentis neq; illá ſupponere,præterea a quo ſit illa forma de nouo , que ſecundum eos in dimenſionibus recipitur,ſi a Deo creatur nó oportebat iſtos laborare ad ſaluandos effectus agentis naturalis in tantum quod dimenſionibus naturam,materiæ concedunt,ſi uero illa forma ſit ab agente naturali,quomodo agens naturale educet formam a paſſo in cuius potentia non continetur,actus autem ſubſtantialis non continetur in potentia accidentalis dimenſionis,quicquid ſit de opinionibus & uarijs expoſitióibus quæ ab eorum fautoribus aſſignantur,dicendum quod quandocũq; deſinit Euchariſtia ſiue per alterationem ſiue per motum in quantitate redit ſubſtantia compoſita cui illa accidentia conueniunt & quam afficiunt in inſtãti corruptióis & immediate ſit a deo,patet inq; iſtud q̃d ceſſante Euchariſtia non amplius durat miraculum ut accidens ſit ſine ſub

iecta ergo in inſtanti illo redit ſubſtantia compoſita & nõ alia q̃ illa quæ nata eſt illis accidentibus affici hæc autem ſubſtantia a nullo fieri poteſt niſi adeo quia nullum agẽs habet uirtutem actiuam ad hoc ſufficientem Deus ergo eſt qui ſubſtantiam compoſitam ibi creat, q̧ ſi ulterior ſequit̃ generatio de illa ſubſtantia agens naturale qđ ibi habet paſſum ſibi conueniens habet unde agat in formam ſubſtantialem: donec autem illa ſubſtantia generetur, quomodo poterit uirtus nutritiua ex accidentibus generare ſubſtantiam aut agenerare, ſed de hoc erit ſermo cum de traſmutatiõibus circa Euchariſtiam diſputabimus & ſic habes quod in his quæ ad fidem attinent non eſt fugiendum ad ſenſus quia ſic de trinitate & incarnatione dicerem, ſed dicas cum Paulo ad Hebreos. 11. fides eſt ſperãdarum rerum ſubſtantia argumentum non apparentium. beati qui non uiderunt & crediderunt Io. 20. Ad ſequentem rationem quam ad quid ualere & inducere uelint non intelligo: ſi quia tanto apparatu fecit illud dominus uolunt elicere (ut uidentur intendere) non eſſe ibi uerũ corpus Chriſti unde illud ſequatur non uideo, uidet̃ fortaſſe illis quod ubi ſit uerum Chriſti corpus in ſui reali preſentia, non deberet cum tanto apparatu celebrari: ſicut ubi panis ſit qui uerum chriſti corpus: ſignificaret: accepit ergo Ieſus panem non ut panis remaneret ſed ut qui ſui uolũtate ex nihilo factus eſt in corpus Chriſti preexiſtens mirabiliter conuerteretur. Ad ſequentem rationem que fundamentum eſt erroris eorum dico quod loca per eum aducta ſunt methaphorica & ex ſermonibus methaphoricis trahere ſimilitudinem ad ſermonem proprium eſt hominis non potẽtis diſcernere inter uerum & uerißimile, Cognoſcitur autem quando ſermo eſt parabolicus ex circunſtantijs ſcripturarum quæ ſcripturas illuminant, non. n. ſi leo dicitur Chriſtus, ideo leo erit qui in ſiluis habitat: & rationis eſt expers. dicit tñ Dominus caro mea uere eſt cibus, ſi uere non ergo parabolice, ſimiliter dum dicitur ſeptem boues pingues ſunt, ſeptem anni ubertatis, quis non intelligit boues non eſſe annos ſed annos ubertatis ſignificare: ſimiliter quod ſemen bonum ſeminatũ non eſt filij regni & alia que inducũtur: ſimiliter dum dixit ego ſum uitis uera, uos eſtis palmites, Quomodo Chriſtus erat uitis ex hoc quod ſubdit poteſtis intelligere, non. n. diſcipuli erant ueri palmites ideo neq; Chriſtus erat uera uitis materialis: ſed propter hoc nõ ſequitur quin ad Chriſti benedictionem illam. ſ. que dicit & qua in conſecrando utimur, hoc eſt corpus meum panis non fuerit cõuerſus in uerum Chriſti corpus & uinum in eius ſanguinem, ſed ſi omnia uolunt in parabolis ſaluare quid ſoliditatis remanebit in fide, neq; conuenit ſermo methaphoricus in inſtitutione ſacramenti, ſicut quando Dominus in parabolis loquebatur. Ad aliam rationẽ quam

accipiunt

accipiunt ex uerbis Lucæ. 22. animaduerte lector quod eſſe memoriale
paſſionis Domini non negat ibi fore uerum corpus Chriſti ſicut neq; ꝓ-
pter hoc quod ſacramentum illud miſterium uocatur unde fomentũ er-
roris accipiunt aduerſarij: nam ut memoriale ſit & ſignificatiuum do-
minicæ paſſionis non requiritur ut ibi ſit ſubſtantia panis: Immo uerum
Chriſti corpus quod in cruce fuit paſſum perfectius eius paſſionẽ ſigni-
ficat & memoraliter repreſentat: Ideo Chriſoſtomus exponendo uerba
Lucæ ſic dicit, hæc fecit Chriſtus ducens nos ad manus amiciciæ fœdus,
ſuamq; charitatem declarans erga nos preſtans ſe non ſolum uideri deſi-
derantibus, ſed & palpare, comedere, & amplecti & totum effectũ explẽ
igitur ut leones flammam ſpirantes, ſic ab illa menſa diſcedimus: terribi
les facti diabolo, hæc Chriſoſtomus, uerior ergo repreſentatio & comme-
moratio ſit Dominicæ paſſionis per uerum Chriſti corpus q̃ per panẽ
triticeum, panis. n. Cœleſtis magis repreſentat paſſionem Domini cœloꝝ
q̃ panis de terra ortus, miſterium quoq; dicitur illud uenerabile ſacramẽ
tum, qñ aliud cernitur aliud creditur, cernuntur ſpecies panis & uini, ca-
ro autem Chriſti creditur & uerus Chriſti ſanguis ideo fidei, miſteriũ, qa
ſola fide penetrabile nec per aliquam artem ſumi poteſt experimentum
ſolet etiam quandoq; ſacramentum iſtud a multis exemplũ apellari nec
propter hoc debet negari ueritas ſacramenti nam & Chriſti mors & eius
reſurrectio exempla ſunt nobis, & tamẽ uera mors ueraq; reſurrectio, ſcri
bit. n. Petrus. 1. ep. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis uobis relinquẽs exem
plum ut ſequamini ueſtigia eius. Reſurrectio quoq; exemplum eſt nos ad
monens ut a peccatis reſurgamus & confidamus in carnis reſurrectionẽ
nam Chriſtus reſurrexit ergo & nos reſurgemus quod uero in eadem ra-
tione inducunt ex uerbis Apoſtoli, iam declarauimus mentem eius con
formem dictis Euangeliſtarum: ſpecies. n. panis frangimus panem tamẽ
cœleſtem qui de cœlo deſcendit accipimus & comedimus, ſpecies fran
gendo corpus Domini non ledendo: illum enim panem dat quem mã
na figurauit: non figurauit autem manna panem triticeum ſed panẽ cœ
leſtem qui longe ſuperior eſt pane angelorum quem comederunt patres
in deſerto, communicatio eſt ergo corporis Chriſti, & mortem Domini
annuntiamus perfectius per uerum corpus eius q̃ feciſſemus per ſolum
panem caducum, cum ergo Chriſti carnem offerimus Chriſti paſſionem
commemoramus, gratias Deo agimus q in ſanguine filij ſui redemit nos
iuxta ſermonem Iſaiæ. 53. cap. uere languores noſtros ipſe tulit, & dolo-
res noſtros ipſe portauit Chriſtus. n. ad Rom. 4. mortuus eſt pro delictis
noſtris & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram, ideo corpus eius ue
riſſimum offerẽtes, eius paſſionem memoramus, Deo gratias agimus, &

de menſa diſcedimus tanq̃ leones diabolo facti terribiles. ¶ Ad aucto
ritatem Auguſtini reſpondendum eſt quia nõ ẽ ſimilis tertuliano quẽ ma
gnifaciũt iſti quem tamen Hieronymus hereticum nominat & dicat eum
incidiſſe in errorem montani:ſed qualis ſit mens Auguſtini Luce clarius
probauimus audet tamẽ quidam modernus hereticus Zuuinclius appel
latus dicere Auguſtini mentem eſſe negare in ſacramento uerum Chriſti
corpus tacuiſſe tamen quia oppoſitum tẽpore ſuo ualde inualuerat:quæ
quantum Auguſtino conueniant & eius doctrine alij deiudicent: ignora-
uit fortaſſe Auguſtinus naturam mendatij quam nullus melius conſide-
rauit dico ergo q̃ accidentia panis & ſanguinis cum Chriſti corpore quæ
Chriſtus dedit diſcipulis in inſtõne huius ſacri ſũt ſacramentũ q̃d ſignifi-
cat Chriſtum paſſum non eſt tamẽ ibi panis ſignificatiuus ſed panis cœ-
leſtis eſt qui Chriſti paſſionem ſignificat,ad id q̃ dicitur de Aug. ſup Io.
.6.dicitur quod loquitur de corpore Chriſti miſtico uel de gratia quæ eſt
eius effectus,neq; ponentes corpus Chriſti in ſacramento carnẽ ſcd̃m car
nem exponimus ſicut Iudei credẽtes Chriſtum erogaturum & diſtribu-
turum carnes ſuas ad comedendũ:Chriſtus autem in cœlo eſt & in oſtia
realiter ſacramentaliter tamen & ideo non carnaliter intelligimus ſed ſpi
ritualiter ueram tamẽ carnem eius:& ſi licet Auguſtinum p eundẽ Aug.
exponere audi uerba eius in libro de trinitate ea diſtictiõe:utrum ſub figu
ra ubi ſic dicit an ſub ueritate hoc miſticum ſacramẽtum fiat,ueritas ait
caro mea uere eſt cibus & ſanguis meus uere eſt potus: alioquin: quomo
do magnum erit panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi uita,ni-
ſi uera ſit caro,ſed quia fas non eſt uorare dentibus uoluit Dominus hũc
panem & uinum in miſterio uere carnem ſuam & ſanguinem ſuum cõſe-
cratione ſpiritus ſancti potẽtialiter creari & quotidie pro mundi uita mi
ſtice immolari ut ſicut de uirgine p ſpiritũ ſanctum uera caro ſine coitu
creatur ita per eundem ex ſubſtantia panis & uini miſtice idem corpus
Chriſti conſecretur corpus Chriſti & ueritas & figura ẽ.ueritas dũ corpus
Chriſti & sãguis uirtute.s.sãcti in uirtute ipſius ex panis & uini ſubſtãtia
efficitur:figura uero.ſ.quod exterius ſentitur,& infra,credẽdum eſt quod
in uerbis Chriſti ſacramenta conficiantur cuius enim potentia creantur
prius eius utiq; uerbo ad melius procreant̃:ſic ergo intelligas ut ſacri do
ctores exponunt,in cœna enim dum ipſum & non ipſum corpus quod
uidebatur manducabatur,ipſum ſimpliciter & nõ ipſum uiſibiliter ut di-
cere poſſit Dominus pauperes ſemper habebitis uobiſcum, me autẽ ſem
per non habebitis & ego ſemper uobiſcum ero uſque ad conſumationem
ſeculi.quod non de diuinitate intelligitur quæ cum ſeculo non terminabi
tur ſed de ſacramentali preſentia de qua antiquiores uerba dicũt quæ nõ
nisi

niſi Deo conueniunt ſi recto iuditio iudicētur dionyſius.n.in libro de Ec
cleſiaſtica Hierarchia (ſi liber eius eſt) .C.3.ſecundum nouam translatio
nē ſcribit iſta uerba aūt uero pōtifex cum diuina munera laude proſecu-
tus fuerit ſacroſācta & anguſtiſſima miſteria conficit & quæ ante lauda
uerat uenerandis operta & abdita ſignis in cōſpectu agit diuinaq; mune
ra reuerenter oſtendens ad ſacram illorum communionem & ipſe conuer
titur & reliquos ut communicent hortatur & poſt multa ſubdit: deſcribit
.n.pontifex in his ferme ſenſibiliter muneribus in conſpectu Dans Chri-
ſtum Ieſum noſtram ſpiritualem ut in imaginibus uitā ex diuinitatis oc-
culte perfecta & in conſuſa noſtre mortalitatis abſumptione Clementiſſi
me proprietatem ex nobis accepiſſe atq; ad diuiſibile noſtrum ſine muta
tione ſui ex unitate naturali proceſſiſſe per q; hanc beatificam clementiā
ad participationem ſui ſuorumq; bonorum inuitare genus humanum, ſi
tamen ipſius clementiæ inſeramur ipſam q̄tum fas eſt immitando ſunt
ueraciter conſortes Dei diuinorumq; participes efficiamur: hæc Dionyſi
us de ſacramento Euchariſtiæ ubi inſinuat ibi eſſe uerum Chriſti corpus
ſed ſpeciebus panis & uini opertum, redeamus ergo unde diuertit ſermo
ad ſoluendas.ſ.hereticorum rationes. ¶ Ad auctoritatem Origenis di-
co quod iſti aut parum aut nihil cōſiderauerunt uerba origenis qui dicit
panis quem Deus ſuum uerbum eſſe fatetur cibatorium eſt uerbum ani
mæ, dicāt modo iſti panis triticeus eſt uerbum unitate naturæ aut unita
te ſuppoſiti, & clarum eſt quod neutro modo ille panis eſt uerbū, corpus
uero Chriſti licet non ſit uerbum unitate naturæ, eſt tamen uerbum unita
te ſuppoſiti.2.dicant iſti panis triticeus eſt ne cibus animæ & clarum eſt
quod non ſed corpus ſuum quod eſt panis uiuus, qui de cœlo deſcendit,
quia per manus ſpiritus ſanti formatum eſt, cibus animæ dans illi.diſpo
ſitionem eternæ hereditatis, quia ſpiritus eſt qui uiuificat, & de hoc exigit
fides & non ſolum hæc, ſed charitas quæ edificat iuxta illud Apoſtoli .i.
ad Corinth.13.ſi omnem fidem habuero ſic ut montes transferam, &
corpus meum tradidero ut ardeam charitatem autem nō habuero nihil
ſum: uarie ergo idem Corpus Chriſti ſuſcipitur & uariæ operatur ſecun-
dum uarias diſpoſitiones recipientium: dicitur etiam panis benedictiōis
quia per corpus Chriſti quod eſt panis cœleſtis anima benedicit & Chri-
ſto unitur, panis ergo cœleſtis panis benedictionis eſt qui animam bene-
dicit & preſtat illi permanentiam eternam cum Chriſto, Chriſtus etiam
panem triticeum accepit & benedixit uerba ſacramentalia proferens, &
ex pane factum ibi corpus Domini fuit, ideo caro Chriſti panis benedi-
ctionis dicitur: quia per benedictionem panis factum eſt ibi uerum Chri
ſti corpus. ¶ Ad auctoritatem Hilarij aductam in oppoſitū dico quod

per archanum cibi ſancti non intelligit,ut iſti inepte inducunt cōtempla-
tionem Chriſti:ſed ſacramentum quod archanum eſt quia creditur ocu-
lis non uidetur,cibi uero quia uere cibus animæ eſt iuxta ſermonem Do-
mini Io.6.caro mea uere eſt cibus:id uero quod dicit Hilaryus quod .ſ.
in fide reſurrectionis accipitur ſacramentum cœleſtis panis,non ſic intel
ligendum eſt ut realem preſentiam corporis Chriſti excludat:ſed qđ pa-
nis ille cœleſtis qui de cœlo deſcendit qui Chriſtus eſt ueritate dicēte, ego
ſum panis uerus qui de cœlo deſcendi nō prodeſſet ubi fides reſurrectio
nis abeſſet & charitas,immo ſicut nutrimentum corporale in ſubſtātiam
nutriti non conuertitur niſi mediāte calore naturali,ita caro Chriſti quæ
uere cibus animæ eſt non prodeſt ſine charitatis ardore quæ fidem ſup-
ponit:ſine qua impoſſibile eſt placere deo,in fide ergo & charitate debet
ſuſcipi ſacramentum:& tunc eſt exſca uitæ & ita non ſufficit confidere
in Chriſtum ut excludit ſacramenta neq; fides ſola ſufficit dicēte Chriſto
niſi manducaueritis carnem filij hominis non habebitis uitam in uobis.
¶ Ad auctoritarem Hieronymi qui tam clare pro ueritate huius ſacra-
menti loquitur ut notauimus,dicendum quod Hieronymus loquitur de
effectu Euchariſtiæ reſpectu ſumentis qui indigne ſumit: & non loqui-
tur de ueritate ſacramenti: nam malus ſacerdos uerba proferens ſup ma-
teriam debitam ſacramentum conficit ſecundum Chriſti promiſſionem
cum uero dicunt quod ſanguis diſpenſabatur populo:dico quod uerum
fuit in Eccleſia primitiua,poſtea tamen adeo creuit populus Chriſtianus
quod propter ſcandala quæ accidere poſſent reuocata eſt illa conſuetu-
do preſertim cum in pane ſumatur etiam ſanguis qui non derelinqt Chri
ſti corpus in hoſtia. ¶ Ad rationem per quam probare intendunt: ma-
le ordinatum eſſe ut uinum ſeparatim conſecretᷣ:dico quod ſi in primo
ſignato ſpeciei panis non continetur ſanguis ſed tantum cōcomitatur,
patet ibi non eſſe bis ſanguinem ex ui ſacramēti,ſed ſub ſpecie panis eſſe
concomitanter:ſub ſpecie autem uini ex ui ſacramenti, non ergo incipit
eſſe poſtq̄ fuit:quia tunc primo incipit eſſe ui ſacramenti preerat autē cō
comitando primum ſignatum contentum ſub ſpecie panis:ubi uero tene
atur quod ſanguis eſt pars p ſe corporis ſignati ſub ſpecie panis ad huc
etiam non incipit eſſe bis quia licet per ſe ſit ſub ſpecie panis non tamen
primo:ſed ut aliquid primi ſignati:ſub ſpecie uero uini incipit eſſe per ſe
& tanq̄ primum ſignatum unde neq; ſacerdotes plus accipiunt quā lai-
ci neq; laici diminute capiunt ſacramentum. ¶ Ad ſequentem ratiōem
quæ pluries pertractata eſt,quia fundamētum erroris eorum eſt,dico qđ
procedit ex uerbis Domini male intellectis non.n.intendit Dominus ue-
ritatem ſui corporis negare ſumentibus ſacramentum ipſa met ueritate
dicente

diceñte:caro mea uere eſt cibus:& ſanguis meus uere eſt potus:ſed illi car-
naliter intelligentes modum ignorantes,credebant chriſtũ offerre carnes
ſuas:ſicut carnes cæterorꝫ aialium ut dẽtibus ſcinderent̃:& in ſtomacho
digeſte in ſubſtantiã nutriti conuerterent̃,unde eis gñabatur nauſea & di
cebant:Qũo poteſt carnẽ ſuam dare nobis & ſilr̃ durus eſt iſte ſermo: cer
tificauit aũt eos dominus ſe non ſic erogaturꝫ carnes ſuas ex hoc qđ ui-
debunt eum aſcendentẽ ad cœlos,& de mõ manducãdi uolens eos iſtrue
re dicit dñs uerba mea ſunt ſpũs & uita,ipſum uero corpus ſcđm augu-
ſti.& qđ uidebatur & nõ ipſum qđ uidebatur erant manducaturi ipſum
inuiſibilr̃,non ipſum uiſibilr̃ quod in cœlo eſt:inuiſibilr̃ ergo ſub forma
panis uera chriſti caro comedit̃:intellexiſtis ergo ſpũaliter ſpiritus & ui-
ta ſunt. Intelligere aũt ſpiritualiter non eſt in euangelio & paſſione dñi
cõſidere ſolum:ſed cõſidendo carnẽ chriſti ſumere uerã ſpiritualiter, realr̃
tñ & non uiſibilr̃ caro enim chriſti ut caro eſt non prodeſt qcq̃ ut aũt ca-
ro chriſti uerbum eſt,& uerbũ cibatorium:nõ hoc ergo corpus ut uidetis
manducaturi eſtis ſed inuiſibilr̃ unde uobis gñata eſt nauſea , neq; loqu-
tus eſt ita dñs ad indurandum corda eorꝫ ut heretici exponũt cum eadem
uerba dicat diſcipulis in nouiſſima cena hieroſolymis celebrata. ¶Ad ſe
quentem rõnem in qua dr̃ quod ſcđm illud aliquid terminat:ſcđm quod
ſuccedit termino:a quo dicendũ quod proprie chriſti corpus non dr̃ ſuc
cedere pani ſcđm eſſe ſubſtantiæ:quia licet hẽat eſſe ſubſtantiæ poſt eſſe
panis non tñ incipit illud eſſe hẽre pane deſinente qđ ad ſucceſſionẽ pro-
prie requiri uidet̃:unde neganda eſt ꝓpoſitio dicens ſcđm illud terminat
ſecundum quod ſuccedit quia ſecundum eſſe ſubſtantiæ, terminat ſcđm
quod proprie non ſuccedit,& error eorum eſt,quia propoſitio uera eſſet
ſi tranſubſtantiatio eſſet productiua termini ad quem,quia tunc ſecun-
dum illud terminaret ſecundum quod ſuccederet , at tranſubſtantiatio
non eſt productiua ,ſed conuerſiua tantum alterius in ipſum,ideo ſecun-
dum illud terminat,ſecundum quod non ſuccedit , ſed bene uerum eſt
quod ſcđm illud eſt nouitas in termino ad quẽ ſcđm qđ ſuccedit termino
a quo non eſt aũt in chriſti corpore aliqua nouitas niſi ſcđm præſentiam
& ſcđm illam dicitur ſuccedere ſubſtantiæ panis,quia qñ erat ſubſtantia
panis chriſti corpus non erat præſens nunc uero realiter eſt præſens ſecũ
dum ergo præſentiam ſuccedit ſecundum quam eſt nouitas , ſecundum
ſubſtantiam uero terminat ideo tranſubſtantiatio non eſt uerbum,a papi
ſtis inuentum ut aſſerunt heretici immo a chriſto incepit qui benedicẽdo
panem dixit Hoc eſt corpus meum & ſtatim ſubſtantia panis conuerſa
eſt in ſubſtantiam corporis chriſti,uerbo illius cuius uoluntate panis ꝑus
factus erat ex nihilo,ſi.n.ſermõe eius cœleſti q̃ nõ erant facta ſunt, cur &

eodem ſermone, quæ preerant in melius non mutantur dicente ergo illo
caro mea uere eſt cibus, non audebit ſponſa eius tranſubſtantiatum pa-
nem aſſerere quomodo ergo fictum uerbum: & ſi Chriſtus aquam con-
uertit in uinum & termino conuerſionis non eſt uſus conuerſionem illam
fictum uerbum heretici appellabunt: & ſi conuertit in uinum quod non
erat non ne facilius uel eadem facilitate potuiſſet aquam conuertere in ui
num quod preerat taceant ergo & dicant, apud Deum non eſt impoſſi-
bile omne uerbum. ſ. omnis conceptus poſſibilis ſicut eſt omnis cōceptus
qui non includit contradictoria. ❡ Ad ſequentem rationem de ſufficien
tia Chriſti ſanguinis ſemel oblati dicendum eſt præſertim cum illa ra-
tio ſit ab illis multum celebrata dico ergo quod Chriſti ſanguis eternus ē
a parte poſt, & quod ipſe aufert omnia peccata ab initio mundi uſq; ad
conſumationem ſeculi. nam & in uirtute eius peccata patrū remiſſa ſunt
non. n. eſt datum aliud nomen in quo ſaluari opporteat homines, quot-
quot ſaluati ſunt & ſaluabuntur in uirtute unius mediatoris q̄ ē Chriſtus
ſaluantur & in ſanguine eius aliter gratis fuiſſet mortuus ad Galath. 2.
opportebat. n. Chriſtum pati & ſic intrare in gloriam ſuā, neq; debet plu-
ries ſe offerre ut pontifex intrat ſingulis annis in ſancta in aliēo ſanguine
alioquin opporteret Chriſtum frequenter pati ab origine mundi neq; pro
pter hoc ſacerdotes non debent offerre qui poteſtatem conficiendi acce-
perunt a Dn̄o dicente quotieſcunq; feceritis in meam commemoratio-
nem feceritis unde iniciauit euāgelicum ſacerdotiū: ſacerdotes ergo pluri
es per uerum Chriſti corpus deſignant, ob'ationem a Domino factam
in cuius uirtute omnes ſaluantur, quod autem dicunt quod ſufficit Chri-
ſti ſanguis ad omnia peccata remittenda dico quod uerum eſt ſed illud
Chriſti meritum non aplicatur niſi medijs ſacramentis, nam in illis pro-
mittitur uita eterna iuxta ſermonem domini dicentis Io. 6. qui co-
medit meam carnem & bibit meum ſanguinem uitam habebit eternam,
ſufficiens eſt ergo Chriſti ſanguis delere paccata mundi & dare aquā ſaliē
tem uſq; ad uitam eternam Io. 4. ſed non niſi medijs inſtrumentis dat. nō
. n. ſufficit ſola fides quæ ſine operibus mortua eſt ut oſtendam in . q. pro
pria ſuper hoc in fine libri, neq; ſequitur quod Chriſtus pluries morit̄ ſed
pluries mortem anunciamus: timent ne fortaſſe Chriſti corpori dolorem
inferre eius mortē memorando in qua libere ſuſcepta mundū ſaluauit un
de ad confuſionē eorum uerba inducere decreui, quæ Gregorius ponit in
homelia Paſchali ea diſt. quid ſit ubi ſic dicit, quid ſit ſanguis agni nō tā
audiendo ſed bibendo didiciſtis q̄ ſanguis ſup utrūq; poſtem ponit̄ quā
do nō ſolum ore corporis ſed ēt ore cordis hauritur, hæc ſalutaris uictima
illā nob̄ mortē unigeniti p̱ miſteriū reparat, q̄ licet reſurgēs ex mortuis iā

non

non moritur,mors ultra illi non dominabit̄,tamē in ſeipſo immortaliter & icorruptibiliter uiuens,iterū in hoc miſterio morit̄,eiusquoq; ubiq; corpus ſumitur, eius caro in ſalutē populi patit̄,eius ſanguis non iam per manus infideliū ſed fidelium in ara fundit̄,& ſequitur uno eodemq; tempore ac momento in cœlo rapitur,miniſterio Angelorū corpori Chriſti ſociandus & ante oculos ſacerdotis in altari uidetur tanta eſt Eccleſiæ unitas in Chriſto ut unus ubiq; ſit panis corporis Chriſti & unus ſit calix ſāguinis eius,calix.n.quē ſacerdos catholicus ſacrificat non alius niſi ipſe quem Dominus Apoſtolis tradidit:quia ſicut diuinitas uerbi Dñi eſt uita que totum implet mundū:ita licet in multis locis & innumerabilibus diebus illic cōſecrat̄ corpus, nō ſunt tñ multa corpora Chriſti,neq; multi calices,ſed unum corpus Chriſti & unus ſanguis,cum illo quod ſumpſit in utero uirginis & qđ dedit Apoſt.diuinitas.n.uerbi replet id quod ubiq; ē & coniungit & facit ut ſicut ipſa uita eſt,& ita unum corpus eius ſit ī ueritate,unde aduertendum eſt q; ſiue plus ſiue minus quis inde percipiat omnes equaliter corpus Chriſti integerrime ſumunt:& generaliter omnes & ſpecialiter unuſquiſq;,& idem Gregorius,Quotidie ipſe comedit̄ & bibit̄ i ueritate ſed integer & uiuus atq; immaculatus manet & ideo magnū & pauēdum eſt miſterium:quia aliud uidetur & aliud intelligit̄,hæc Gregorius,non dubitēt ergo celebrare ne Chriſtū occidāt,ſed animaduertāt quod non celebrando contra præceptū Dñi dant ſibi laqueū ad pœnā eternam & ſacramenti dignitatem non diiudicant. ¶ Ex his ad aliā rationem patet ſolutio,non.n.ſi memorat̄ Chriſti paſſio ideo Chriſtus moritur oblatio aūt Euchariſtiæ eſt ſignum imolationis,quā ipſe fecit in ara crucis iuſta ſermonē Apoſt.1.ad Corint.11.hoc facite in meā commemorationem quotieſcunq; panem hunc māducabitis & calicem bibetis mortem domini annunciabitis. ¶ Ad id quod dicunt de miſſa quod nō fuerit a Chriſto uel ab Apoſtolis inſtituta:dicendum quod miſſa quo ad pricipale in illa contentum,quod eſt ſacramentum Euchariſtiæ fuit inſtituta a Chriſto in ultima cœna quando accepit panem & benedixit dicens, hoc eſt corpus meum,alia aūt ab Eccleſia ordinata ſunt in aqua nulla ē macula & quid eſt in miſſa, Quod diſplicere debeat & nomie opprobrij ſit dignum nominari & quod ab illo opprobrio deberēt ſacerdotes deſiſtere, erit ne ſacramentum corporis Chriſti, quod eſt panis, qui de cœlo deſcendit ipſa met ueritate teſtante, ego ſum panis qui de cœlo deſcēdi & caro mea uere eſt cibus & ſanguis meus uere eſt potus & ubi in ſacramento non ſit uerum Chriſti corpus memorare paſſionem Domini inutile fortaſſe reputant quod Apoſtolus a Domino accepiſſe Corintijs fatetur dicens, ego enim a Domino accepi quod & tradidi uobis quo

niam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur & alia quæ ſequuntur. 1.
ad Corith. 11. reputant fortaſſe opprobrium euãgelium audire in quo
Chriſti uita & ſancta precepta & conſilia continentur, & tũ iſti fatentur
ſe ſecũdum Euangelium uiuere: diſplicebit eis epiſtola Pauli qui ſe pauli
nos appellant: erit fortaſſe opprobrium orare beatos in patria & illis re-
ſpondebit Raphael Tobie. 12. dicens, bona eſt oratio cum ieiunio & ele
moſina magis ꝗ̃ theſauros auri recondere & parum infra quãdo orabas
cũ lachrimis & ſepelliebas mortuos & derelinquebas prãdiũ tuũ & mor-
tuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepelliebas eos, ego ob
tuli orationem tuã Domino, ex his Lucæ clarius apparet ꝗ̃tum ualeant
orationes angelico teſtimonio, quare taceant & erubeſcant dicentes inuti
les eſſe orationes quæ fiunt beatis, uideant illud machabeoꝝ. C. 15. ubi
dicitur hic eſt q multum orat pro populo & uniuerſa ſancta ciuitate hie-
remias propheta Dei, ſimiliter uideant illud. 2. Petri C. 1. quod ſi dicant
illam non eſſe Petri quia ſtilo differt a prima, ego pari facilitate dicã p̃mã
non eſſe Petri qm̃ ſtilo differt a ſecunda, neq; regulã beati Aug. cuius or-
ditis immerito nominantur eius eſſe conſentiam quia ſtilo differt a reli-
quis eius libris neq; Gregorij regiſtrum illius fore conſentiam: cum ſtilo
differat a reliquis Gregorij ſcriptis: dicit ergo Petrus dabo autem operã
& frequenter habere uos poſt obitum meum ut hoꝝ omnium memoriã
faciatis: ſed ut taceant & que dicimus uenerentur audi. Io. Apoch. 8. ubi
ſic legitur & unus Angelus uenit & ſtetit ante altare habens turibulum au
reum & data ſunt illi incenſa multa ut daret de orationibus ſanctorũ om
nium ſuper altare aureum quod eſt ante tronum Dei & aſcẽdit fumus in
cenſorum de orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo: quid
dices ad hoc heretice nõ ne illa incenſa ſunt orationes ſanctorum, non ne
Angelus illas Deo obtulit: quare tace & contẽplare ſimul & uenerar̃ quæ
dicimus, diſplicent fortaſſe iſtis in miſſa laudes Dei contra Prophetam
nos ad laudem Dei inuitantem, diſplicent gratiarum actiones ſi quidem
Chriſtus Lucæ. 22. accepto pane gratias egit: de omnibus enim gratias
debemus Deo agere: ſecundũ monitum Apoſt. quid ergo Barbare ſcuis
in miſſam, quid. n. aliud miſſa cõtinet ꝗ̃ immolatiõis Chriſti quã fecit in
ara crucis piam cõmemoratiõem ſiue per uerum corpus Chriſti ut fides
catholica aſſerit, ſiue p panẽ figuratiuũ ut tu impie Zuuincliane dogma
tizas: cõtinet gratiaꝝ actiões, laudes Dei, ſuplicatiões ꝓ populo ꝓ remiſ
ſiõe peccatoꝝ: ũde animaduerte prudẽs lector ut aduerſarioꝝ derideas i
eptias qd̃ qa in miſſa fit ſcificatio populi: neceſſe ẽ Chrm̃ ueluti ſacer-
dotẽ fideliſſimũ intereſſe, neceſſaria aũt ẽ hoſtia ꝓ ſcificatiõe q̃lis aũt ho
ſtia Apoſt. docuit ad Hebreos. 9. quod Chriſtus ſemel in conſumatione

ſeculoꝝ

ſeculorum ad deſtructionem peccatorꝝ per hoſtiam apparuit & cap. 10.
ſanctificati ſumus per oblatõnem Ieſu Chriſti ſemel ſi igiť Chriſtus ſan-
ctificat & p̃ſens ẽ in miſſa ſanctificatio erit populi. cã ẽt totius populi in
miſſa agitur, & ideo ſolebat populus reſpondere ꝓpter confuſionẽ tñ or
dinatum fuit ut unus ꝑ omnibus reſponderet in miſſa ergo ſanctificatur
ſacerdos, ſanctificatur populus, ſpiritus hominis eleuatur in Deum, com
memoratio fit immolationis quam Chriſtus fecit in cruce, unde Aug lo-
quens de miſſa. 2. de ciuitate. C. 28. ſic ſcribit ubi ueri Dei precepta inſi-
nuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudãtur, aut beneficia poſtu
lanť, deſiſtãt ergo iſti a tam magno opprobrio & ãplius in ſanctã miſsã
non loquanť, inde patet ſolutio ad ſequentẽ rationẽ, nullus. n. neq; Papa
neq; aliquis mortaliũ cõuentus poſſunt ordinare ſacramentũ: ſed Chri-
ſtus q capud eſt Eccleſiæ, ſacramentũ inſtituit Euchariſtiæ, & conficiendi
auctoritatẽ diſcipulis cõceſſit & ẽ ibi Chriſti corpus memoriale paſſionis
quã Chriſtus paſſus eſt: neque Chriſtus iterꝝ moritur, qui reſurrexit p̃mus
inter fratres & ad cœlos aſcendit, & mors ultra illi nõ dominabiť in quẽ
cõfidentes uiuent in eternũ. ¶ Ad aliã rationẽ quã faciunt cõtra pontifi
ciã dignitatem dico ꝙ cũ Chriſtus aſcenſurus eſſet ad cœlos conueniens
fuit Eccleſiæ militanti aliquem loco ſui ſubrogare non. n. erat conueniẽs
ut Chriſtus ſacerdos ſummus continuo miraculis ad opera humanitatis
deſcẽderet, ideo Chriſtus poſtq; Petro, promiſit claues regni cœlorꝝ Mat-
tei. 16. ad executionem diuina prouidentia ꝓperans. Io. 21. dixit Petro
Petre diligis me plus his reliquos oſtendens diſcipulos ille aũt ad dilectio
nem ſuam reſpondit, noluit uero maiorem dilectionẽ ſibi arrogãter aſſu-
mere, qui aliena corda nõ inſpiciebat, facta autem reſponſiõe de dilectio-
ne Dei quæ preexigẽda eſt ad paſtoris officium dixit illi Dominus paſce
oues meas nõ has uel illas dixit ſed oues indiferẽter & non ſolum oues Iſ
drael unde uniuerſum gregẽ ſibi cõmendatũ catholicæ intelligimus, ideo
cũ diſcipuli ex nauicula uidiſſent Dominum in littore, Petrus ſe proiecit
in mare reliqs in nauicula uenientibus ad littus, ꝙ diuino miſterio factũ ẽ
Petrus. n. futurus erat paſtor uniuerſalis Eccleſiæ, illi uero particularium
Eccleſiarum Ideo Petrus pedibus uniuerſum mare calcauit: alij uero cũ
nauicula, Petro igitur uniuerſalẽ comendauit Eccleſiam, & illi dixit paſce
oues meas: dixit uero ter propter tria opera preſertim paſtoribus debita
docere ſcilcet ꝙ doctrinã in paſtore ſuponit ut p̃dicare poſſit & gregẽ
inſtruere unde qui ad predicationẽ alium mittit gregi prouidet ſibi uero
non prouidet non. n. dixit Dominus ite & mittite ad predicãdum ſed ite
& p̃dicate neq; ſuffraganei ſufficiũt, qui ꝑ accidẽs ꝓpter nr̃a peccata sũt
ſide nõ reſideť in Eccleſia eſt cõtra diſpoſitionem iuris diuini neq; aliquo

modo diſpenſabile & ſic quomodo Cardinalis poſſit Epiſcopus creari
difficultate non caret, aliud quod requiritur eſt ſui exẽplo ad bona ope
ra gregem inducere iuxta illud Domini, uos eſtis lux mũdi, ſic luceat lux
ueſtra coram hominibus, ut lucerna ſuper montem poſita, & debet. 3.
paſtor ſubſidia temporalia miniſtrare non. n. eſt paſtor, qui curam bono
rum pauperum habens, illis indigentibus non ſuccurrit & ſi decime erant
iudicialia in lege ueteri propter diſtributiuam iuſtitiam ſeruandam licet
aliquid offerre morale ſit preſertim de primitijs, quãdo ſacerdotes erãt
.12. pars populi iſdrael qui non habebant partem in poſſeſſionibus filio
rum Iſdrael ut ſcriptum erat in lege, Quomodo nunc ſacerdotes curati q
non ſunt centeſima pars populi Chriſtiani decimas poſſunt petere a fra
tribus cum quibus equali portione paternam diuiſerunt hereditatem, ſi-
ne uxoribus & filijs, fratribus grauatis familia, hoſpitalibus ordinatis ꝑ-
pter pauperes, multiſq; ordinatis reditibus pro ſubſtentatione ſacerdotũ
ſciant igitur ſacerdotes non pro ſe ſed pro pauperibus decimas exigen-
das eſſe cum quibus ſi aliter diſpenſari poteſt non intelligo ſic quod iuſti
tia conſeruetur diſtributiua: diſcant ergo prelati gregi tẽporalia ſubſidia
miniſtrare neq; propter hoc quod Eccleſias habent in cõmenda, & nõ in
titulum abſoluuntur a paſtoris officio aliter ſedes Apoſtolica de paſtore
non prouideret, Eccleſiæ & de illis fortaſſe tractatum faciam ſpecialem
Certum tamen eſt quod niſi paſtor pauerit oues ſuas hoc triplici pabulo
ſalutari non eſt imitator Chriſti, neq; Chriſti preceptum adimplet: ſi er
go diligit Chriſtum paſcat oues uerbo doctæ predicationis exemplo ſan
ctæ conuerſationis, & ſubſidio piæ charitatis & ita in fide ſpe & charita-
te ſe paſtorem oſtendet & ita a lupis oues ſuas liberabit & in eo lucebit tri
plex uis tribus perſonis correſpondens ſapientia. ſ. potentia & bonitas,
& oues liberabuntur a mundo carne & diabolo, & niſi ſic animam ſuam
poſuerit pro ouibus ſuis nõ erit bonus paſtor, paſcere. n. oues pabulo pre
dicationis eſt officium de neceſſitate annexum paſtorali dignitati: & ſi in
politia terrena neceſſarius eſt cibus corporalis alioquin ſine illo periret
ſic & in politia Eccleſiaſtica neceſſarius eſt ſpiritualis cibus pro uita ani-
marum conſeruanda iuxta uetus illud dictum & a Chriſto renouatũ, nõ
in ſolo pane uiuit homo, neceſſarium ergo fuit miniſtros huius pabuli ꝓ
ouibus Chriſti ſpiritualibus ordinare. Illi aũt ex officio prelati ſunt quos
crebro ſcriptura tam ueteris quam noui teſtamenti paſtores appellat un
de nec puduit Deum ad huius ruſticanum humilitatis exemplũ ſe deijce
re propterea dedit Deus paſtoribus regiones gentium & labores popu
lorum ut ſint parati iuxta monitum Petri omni poſcenti redere ratiõem
de ea quæ in eis eſt fide & ſpe: hinc Paulus ad Thimotheum & Titum &

alibi pluries uult Epiſcopum doctorem eſſe & potentem inſtruere in do ctrina ſua & eos qui cotradicunt redarguere: & hec officium ita cæteris pretulit ut de cæteris nullam curam habuiſſe uideatur etiam de his quæ precipua ſunt, unde & prima ad Corinth. primo dixit non miſit me Dominus baptizare ſed predicare, ſed nunc apud quoſdã predicare opprobrium reputatur & officium mendicantium & pauperum Theologorũ ſed dicet aliquis animalis homo qui non ſapit ea quæ dei ſunt pro ſe & ſotijs ſuis, predicamus gregi noſtro per ſubſtitutos & doctos qui ſe libenter ad hoc opus ingerunt nos autem ardua agimus iuriſdictionẽ noſtram & temporalia noſtra uigilanter protegimus ſine quibus ſpiritualia diu eſſe non poſſunt: ſed reſpondeant queſo non ne deceret magis ſi per ſe ipſos quod principale eſt exercerent quod uero acceſſorium per ſubſtitutos & procuratores, & aliqui ſunt qui inuigilant magis in eligendis mercenarijs pro cultura agrorum quam predicatoribus pro cultura ſpiritua li animarum & aliquando omnino iſtam curam negligunt ũde populus cogitur inuenire & elemoſinam ſoluere: illis tamen a Chriſto annexa eſt predicationis obligatio et illis magis qui magis Apoſtolice accedunt dignitati: & beneficium magis datur propter predicandi officium quã propter officium in horis canonicis decantandum & ſi magnum eſt paſcere carnem protinus morituram ut interim uiuat, quanto magis pretioſum erit animam in eternum uicturam uerbo uitæ paſcere ne pereat, quod ſi non fecerit in faciem illorum dicet Dominus paruuli ueſtri petierunt panem & non erat ex uobis qui frangeret eis: & quomodo predicabit niſi q̃ mictitur ille mictitur qui ad paſtoris officium uocatur a ſuperiore auctoritatem habente, Paſtor etiam ſe defendat & oues a lupo auaritiæ oportet. n. inquit Paulus uerum paſtorem hoſpitalem eſſe, ſed quomodo dabit hoſpitibus ſuis qui ſatagit aliena tollere: ſint etiam diligentes cum ſacerdotes promouent ad parrochiale beneficium, diſcant etiam ſubditos in equitate & manſuetudine gubernare nõ in ſuperbia & nequitia, neq; eos cõuertant ad ſuos uſus ne qui filij regis ſunt in Eccleſiaſtica hie rarchia in qua liberi eſſe deberent oneribus grauẽtur quæ ſupportare nõ poſſint, Lex ſancta eſt, obedientia ſancta, dignitas quoq; paſtoralis ſancta eſt, & ſi quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat, ſed ad edificationem conceſſum eſt, nõ ad deſtructionẽ, ſed ue paſtoribus Iſdrael dicit Dominus qui paſcunt ſemetipſos nonne greges paſcuntur a paſtoribus, lac comedunt, lanis operiuntur: quod craſſum eſt occidunt, gregem autem non paſcunt: quod infirmum eſt non conſolidant, quod egrotum non ſanant, quod cõfractum eſt non alligant, quod abiectum eſt nõ reducunt, quod perierat non querunt: ſed cũ auſteritate imperant & po

tentia tantum temporalibus ꝗdam ſuper intendunt,ſed unum opportet
facere aliud non omictere dicit Dominus ut intelligerent unum lõge plu
ris eſſe neceſſitatis:errauerunt greges mei dicit Dominus in cũctis monti
bus & non erat qui requireret,non erat inꝗ; qui requireret: propterea ego
liberabo eas dicit Dominus & non erit ultra eis in eſcã & quod perierat
requiram,quod abiectum reducam,quod confractum alligabo , quod in
firmum conſolidabo,quod pingue cuſtodiam hæc dicit Dominus,ut pa
ſtores intelligãt ad eorum officium pertinere quæ ſe facturum promittit,
non aliter quam Petro dixiſſe fertur,uado Romam iterum crucifigi ut cũ
ad coronam martirij,illos ad paſtoris officium monitos haberet,in digni
tatem paſtoralem nos non mouemus hæc uerba illã.n.ut decet sũma ue-
neramur humilitate ſicut & paſtores bonos ſed in malos mores multorũ
oculos digrediendo conuertimus ſicut amor ueritatis & defenda noſtra
tempora impulerunt quando heretici crudeliſſimi ſeuiunt in Eccleſiam
& non eſt qui conſoletur eam,ſed deiectum prius Ieſum,legimus ſup aſi-
num in Hieruſalem triumphantẽ receptum & eo cum honore quo nunꝗ;
decorati fuerunt Dauid aut Salomon reges eorum:diuino.n.honore rece
perunt eum & ſi Chriſtus Petrum liberauit dum ſummergeretur in mari.
& cœlum & terra peribunt antequam peribit aliquid in lege promiſſum,
ſpero ſponſam Chriſti ,matrem noſtram ſanctam Romanam Eccleſiam
hereticorum nequitia non conculcandã,ipſe qui potens erat, ipſe qui om
nia fecit ex nihilo dixit Eccleſiæ iu perſona Petri ego rogaui pro te Petre
ut non deficiat fides tua,& nos defecturam timebimus,ipſe rogat & ipſe
eſt qui rogatur & non eſt qui poſſit ei reſiſtere,& ipſe dilexit ſponſam ſuã
quã in eternũ diſpõſauit ſcd̃m Oſee ꝓphetam & quã ita dilexit ut formã
ſerui acciperet & illam in morte depoſuit quam aſſumptam amplius nõ
deſerendam in cœlum attulit,& ipſe cuſtodiet eam:fundata eſt.n. Eccleſia
ſupra petram firmiſſimam flauerunt uenti,inundauerunt flumina, & nõ
eſt paſſa ruinam:Sed redeamus unde diuertit ſermo quia nimis digreſſi
ſumus Chriſtus igitur poſtꝗ; Lucæ.22. fidem ſuam fidem Petri dixit il
li fidem comẽdauit dicens et tu aliquando conuerſus cõfirma fratres tu-
os quod non dixiſſet niſi Petrus loco ſui futurus fuiſſet Eccleſiæ primus
honore & poteſtate,unde Dyoniſius ad Thymotheum ſcribens ait , ecce
etenim Petrus fundamẽtum Eccleſiarum & gloria Apoſtolorum,& infra
tunc inquit Paulus Petro,pax tecum fundamentum Eccleſiarum & pa-
ſtor ouium & agnorum Chriſti:ex quibus patet error iſtorum de quo no
lo nunc ſermonem facere quia de dominio Chriſti in temporalibus & ſpi
ritualibus,de ſucceſſore,de primatu Petri:de eius ſucceſſore,de Romano
pontifice,& eius poteſtatis plenitudine,de eius electione , & quomodo &

quando

quando ad Cardinales deuenit & de Eccleſiæ poteſtate,feci librum ſpe/
cialem quem adhucnon publicaui neq; aliquid ibi a me pretermittitur
quod ab iſtis aut ab antiquioribus in contrarium dicatur.Ad aliā ratio/
nem ad mirabilem dico quod in miſſa non ſunt niſi ſancta uerba & uerū
Chriſti corpus & quo ad hoc miſſa incepit in cœna domini celebrata hie
roſolimis in qua uoluit hoc ſacramentum inſtituere ut eſſet ultimum me
moriale qđ magis cōfigeret mētibus hominum: & iſtud ē qđ ſanctificat
& homines ad bene operandum diſponit,ſed omne malum dicit Domi/
nus ex te eſt iſdrael a me autem nō niſi bonum ſi ergo mali ſunt Chriſtia
ni non ſunt propter miſſam quæ hortatur ad bonum:quid.n.in miſſa eſt
quod poſſit homines diſponere ad malum & ſi ratio concluderet bapti/
ſmi etiam dignitatē dextrueret ſacrementa.n.hæc diſponunt hominem,
relinquunt tamen eum in cōſilio eorum.& iſti qui nunc non miſſant,o q̄
ſanctiſſime uiuūt,eſt ne ſancte uiuere:monachas quæ libere uirginitatem
uouerunt in uxores ducere & filios fornicationis ex eis facere,& tamē uir/
ginitas eſt conſilium,& conſilium materia apta eſt.ſuper quam poteſt ca
dere uotum quod in cōſilio habemus redere autem ſub precepto, ut pa/
tet in lege ſcriptum eſt.n.uouite & redite uota deo:ubi Chriſoſtomus di/
cit uouere conſulitur redere uota precipitur ſancte igitur iſti uiuunt cum
uxoribus in duo conſilia contra præceptum Domini operantibus,ſancte
uiuunt iſt i Cæſari non obedientes:inuenerunt fortaſſe in Paulo ad Ro/
manos quod non eſt ſuperioribus obediendum:ſed nō admiror iſtos qui
uellent ut homines eos admiraretntur propter nouas opiniōes,non eſt.n.
aliqua eorum hereſis quæ non fuerit antiquiſſima & in ſacris cōcilijs con
demnata & uellem cum iſtis coram diſputare.Et ſi in hac etate ſim iuue
nili,ut eorum ingenia uiderē qui cum ignari ſint Philoſophyæ nos ſophi
ſtas appellant. ❡ Ad ſequentem rationem in qua aſſerunt quod adora
mus creaturam dico quod iſti aut non intelligunt aut nolunt intelligere,
quod nos adoramus,non enim qđ uidemus adoramus ſed corpus Chri/
ſti quod non uidemus & dum illud adoramus,puram creaturam nō ado
ramus,ſed indiſtinte actus adorationis,fortaſſe fertur ſuper hum. nitatē
uerbo unitam omnino tamen ratio adorandi diuinitas eſt,cum de adora
tione latriæ loquimur cui conuenit ratio ſummi dominij,& infinita perfe
ctio,quæ adoratio latriæ extrinſeca proteſtatur:eſt ,etiam ibi Chriſti ima/
go,ſed quia quomodo hoc ſacramentum ſit adorandum faciemus ſpe/
ciale capitulum ideo quæ diximus ſufficiant. ❡ Ad rationes acceptas
ex uerbis Auguſtini dicendum eſt & ſi multoties aperte dicta ſit Auguſti
ni intentio nunc tamen iterum aperienda eſt propter hereticorum pro/
teruiam:dico ergo quod manducare ſacramentaliter non eſt manducare

panem ſignificatiuum ueri Chriſti corporis,ſed ſpecies panis & uini ſub quibus continetur uerum Chriſti corpus & uerus eius ſanguis, uerum ſi Chriſtus non manet in illo:& ille non manet in Chriſto: quamuis Chriſti caro ſit ſpiritus & uita illi tamen non eſt ſpiritus & uita, ſed iudicium ſibi manducat & bibit,per ſacramentum autem tam excelſe rei intelligit corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis & non ſub ſpeciebus carnis propriæ:quod autem ſubdit dicta Io.6.cap.eſſe intelligẽda de confidentia in Chriſti mortẽ falſum dicit,ſed de corpoř Chriſti intelligit & ſanguine uero opertis ſpeciebus panis & uini ut diximus ſecundum auream expoſitionem Chriſoſtomi quam non conſiderauit modernus expoſitor euangeliorum:& ſic accipere corpus Domini ſub aliena ſpecie confidẽdo in Chriſtum & in eo manendo eſt ſpiritualiter & ſacramentaliter & non carnaliter intelligere ſicut intelligebant Iudei dicẽtes quomodo poteſt hic dare carnem ſuam ad manducandum. ¶ Ad ultimam rationẽ dico q̄d iſti inuenientes in Paulo quod fides eſt non apparentium credũt inde eliciconſequentia neceſſaria quod ſit non exiſtentium dicant iſti ẽ ne fides de hoc articulo Deus eſt trinus & unus & quod Chriſtus mortuus ẽ & ſedet ad dexteram patris,quid eſt ergo quod dicunt quod fides nõ ſit exiſtentium uerum eſt ubi appareant euidenter ſic eſſe:euidentia.n.rei eſt que fidem tollit non exiſtentia,neq; dicimus quod ſub ſpecie panis ſit uerum Chriſti corpus quia nos ita credimus eſſe,ſed quia Chriſtus dedit autoritatẽ diſcipulis illud conficiendi neq; tenemus in fide q̄d caro Chriſti corporaliter comedatur ſed in fide tenemus quod uera Chriſti caro comedit̃:ueritate dicente caro mea uere ẽ cibus,& ſanguis meus uere ẽ potus,ſi uere inq̄; ergo nõ methaphorice aut ſimilitudinarie,ſi ergo hæc ſcripta ſunt in Euangelio,cur non credam,ſcripta ſunt.n.ꝓpter noſtrã credulitatem Io.20.neq; uias ad ſalutẽ multiplicamus ut heretici obijciũt una enim uia eſt Chriſtus,ſ.iuxta ſermõem Domini Io.14.ego ſum uia ueritas & uita:ſed illa met uia ueritas & uita,oſtendit inſtrumenta quibus ambulare debemus per illam uiam: dicens ego ſum panis qui d̄ cœlo deſcẽdi,caro mea uere eſt cibus,ſanguis meus uere potus q comedit meam carnem & bibit meũ ſanguinem uitam habebit eternam,& ſicut ego uiuo ꝓpter patrem.Ita ille uiuit propter me & niſi manducaueritis carnem filij hominis uitam non habebitis eternam,eſt.n. illa caro uerbum cibatoriũ animæ,& ſic patet Dei gratia rationes hereticorum non concludere contra ſolidã & catholicam ueritatem Euchariſtiæ.

caput tertiũ

Caput Tertium:

VIſa realitate corporis Chriſti in ſacramento altaris, tractandũ nũc occurrit quando.ſ.fuit inſtitutum hoc ſacratiſſimum miſterium, omnes.n.in hoc conueniunt quod fuerit inſtitutum in nouiſſima cœna Hieroſolymis celebrata anteq̃ Chriſtus pateretur die illa qua agnum paſchalem comedit ut oſtenderet agnum figuram deſiiſſe in iſtitutiõe ſacramenti figurati,ſed inter grecos & latinos controuerſia eſt qua die.ſ.fuerit celebrata illa cœna.14.luna an.13.unde ſequitur quod illi in azimo non conficiunt:probant uero Greci eorum opinionẽ quod.ſ.facta fuerit cœna.13.luna quando fermentum non erat prohibitum:& eſus azimorum non adhuc inceperat:dicentes Chriſtus celebrauit cœnã ſuam die immediate præcedente diem paſſionis,ſed Chriſtus fuit paſſus luna.14.ergo luna.13.celebrauit cœnam ſuam maior probatur nam facta cœna ipſa nocte a cœna ſurgens introiuit in ortum in latere montis oliuarum & captus eſt unde Io.18.cap.& hæc cum dixiſſet Ieſus egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis transtorrentem cedron ubi erat ortus in quem introiuit ipſe & & diſcipuli eius,Iudas ergo cum accepiſſet coortem a põtificibus & phariſeis uenit illuc & alia quæ ſequuntur ubi captionem deſcribit: ſimiliter legitur Lucæ.22.ueritatem Petro dixiſſe dico tibi Petre non cantabit hodie gallus donec ter abneges noſſe me,hodie dicit diem quæ noctẽ includit & mane ſequens,& in eodem capitulo ſequitur, dico.n. uobis qm̃ adhuc hoc quod ſcriptum ẽ opportet impleri in me & cum iniquis deputatus eſt:adhuc oſtendit eandem noctẽ qua uerba hæc protulerat, Marcus quoq; & Mattheus dicunt Dominum in cœna dixiſſe diſcipulis omnes uos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte:Paulus quoq; Apoſt.1. ad Corinth.11.ſic ſcribit Dominus Ieſus in qua nocte tradebat̃ accepit panem,& gratias agens fregit & dicit accipite & manducate hoc eſt corpus meum quod pro uobis tradetur,quid clarius aut quid maius teſtimoniũ requiris,quia ergo cœna quam fecit Dominus præceſſit oblationem ſanctam corporis ſui,hæc autem fuit facta luna.14.ſequitur quod cœna facta fuerit luna.13.huic autẽ conueniunt Quæ dicuntur.1.ad Corinth.5. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, & loquitur de immolatione ſui corporis iuxta ſermonem eiuſdem ad Hebreos.9.qđ uero Chriſtus paſſus fuerit luna.14.dicunt iſti probatur ſic quod negari nõ poſſit, ueritas .n.debuit correſpondere umbræ agnus autem paſchalis fuit umbra ueri agni & imolatio imolatiõis,ergo cõueniẽs fuit ut uerus agnus immolaretur ea die qua immolabatur agnus typicus in lege ſed hunc immolari præcipitur luna.14.iuxta præceptũ Dñi exodi.12.ubi ſic dicit̃ de agno:

ſeruabitis eum uſq; ad.14.diem menſis huius, immolabitq; eum uniuerſa multitudo filiorum Iſdrael ad ueſperam: prætcrea dicũt iſti legit Io.13. ante diem feſtum Paſche ſciens Ieſus quia uenit hora eius ut tranſeat ex hoc mundo ad patrem: & infra, & cœna facta & coetera quæ ſequuntur ex quibus patet cœnã fuiſſe preuentam & fuiſſe celebratam ante diem Paſche dies autem paſcha.14.luna celebrabatur, iuxta ſermonem Domini Leuit.23.14.die menſis ad ueſperam celebrabitis Paſcha: igitur cœna quæ ſecundum intentionem Ioannis præceſſit diẽ Paſchæ fuit facta.13. luna tempore quo formentum nõ erat prohibitum ante.14.diem menſis primi ad ueſperam. Item Io.19.legitur quod Iudei non introierunt domum Pilati ut nõ contaminarentur ſed mãducarent Paſcha, Chriſtus ergo illa die paſſus eſt, qua Iudei manducabant paſcha. ſed paſcha manducabant luna.14.ergo cœna præcedens paſſionis diẽ facta eſt luna.13. ideo principes Iudeorum dicebant ut legitur Matth.26.non in die feſto ne forte tumultus fieret in populo: ideo noluerũt eum crucifigere prima die azimorum que erat luna.15.iuxta illud numeri.28.14.die mẽſis primi Paſcha erit &.15 die ſolemnitas ſuple: principalis, crucifixerunt ergo ante illum diem qui fuit luna.14.Item legitur.23.Lucæ quod ſanctæ illæ mulieres uiſo monumento in quo erat poſitum ſacratiſſimũ corpus Domini redierunt ad parandum aromata & unguenta ut Chriſti corpus ungerent: non eſt autem exiſtimandum cum ſancte fuerint quod aliquid cõtra legem attentauerint, & conſequenter non laborauerunt preparãdo unguenta neq; aromata emerunt.15.luna quæ erat ſolẽnitas azimoꝝ iuxta ſermonem Domini Exodi.12.ſeptem diebus azima comedetis & ſequit dies prima erit ſancta atq; ſolemnis & dies ſeptima eadem feſtiuitate uenerabilis nihil operis facietis in eis exceptis his quæ ad ueſcendum pertinent paſſus ergo fuit luna.14.& cœna celebrata fuit luna.13.Item inducunt gloſam ſuper illud Lucæ.22.appropiquabit dies feſtus Iudeorum ubi dicitur inter Paſcha & azima hoc diſtat quod paſcha uocabatur ſola dies in qua agnus comedebatur ad ueſperam.ſ.14.luna primi menſis dies azimorum erant a luna.15.uſq; ad.21.diẽ menſis.15.itaq; dies erat prima ſolemnitas & feſtum azimorum in quo dominus non eſt crucifixus ſed die præcedenti ſecundum illud principium Iudeorum non in die feſto ne forte fieret tumultus in populo ex his inferũt iſti quod Chriſtus confecit in pane fermentato.13.luna in qua nondum inceperat uſus azimorum qui incipiebant cum agno paſchali luna.14.ad ueſperam: Item atentant iſti aliquibus rationibus perſuadere quod magis ſit conueniẽs confici in fermentato q̃ in azimo quia ſi Chriſtus nolebat nos ſeruare ritum Iudeorum uidetur quod nec ipſe ſeruauerit & conſequenter non fecit

Digitized by Google

erit in azimo, ne nos Iudaizare compellat. ¶ Item adueniente ueritatē ceſſat umbra & figura, adueniente ergo Chriſto qui eſt panis qui de cœlo deſcendit Io. 6. ceſſare debet panis azimus. qui illum figurabat aliter Iudaizare contingeret: Præterea in græco in euāgelio ubi fit mentio de hoc ſacramento habetur artos, artos autem pro fermento accipitur ideo concludunt conficiendum eſſe in fermentato, & quia tres Euangeliſtæ aſſerunt oppoſitum audent dicere Ioannem eos correxiſſe ac ſi alio ſpiritu fuerit loquutus Ioannes q̄ alij tres Euangeliſtæ uel quod Ioannes fuerit loquutus ſpiritu proprio uel ipſe ſolus ſpirituſancto qui omnibus Euangeliſtis oſtendebat ueritatem & ſi ita eſſet quæ ſoliditas remaneret ī fide.

¶ Poſtquam uiſa ē Græcorum opinio cum fundamentis eorum remanet nunc catholicam ueritatem operire ex dictis Euangeliſtarum & non eſt in dubium reuocandum quia Chriſtus qui uenit adimplere non ſoluere legem: agnum paſchalem comederit. 14. luna cum azimis iuxta ſermonem Domini Exodi. 12. edēt carnes aſſas igne nocte illa & panes azimos & ſequitur habebitis autem hunc diem in monumentum & celebrabitis cum ſolemne Domino in generationibus ueſtris cultu ſempiterno ſeptem diebus azima comedetis in primo die non erit fermentatū in domibus ueſtris quicunq; comederit fermentum peribit anima illius d̄ iſdrael a prima die uſq; ad diem ſeptimum, p̄ma uero dies incipiebat a ueſpere lune. 14. unde ibi ſequitur primo menſe. 14. die menſis ad ueſperā comedetis azima uſq; ad diem. 21. eiuſdem menſis ad ueſperam ſeptē diebus fermentum non inuenietur in domibus ueſtris inde ergo habes quod a ueſpere diei. 14. uſq; ad ueſperas diei. 21. non erat fermentum in domibus Iudeorum & quod ueſpere. 14. lune comedebatur agnus paſchalis ſi ergo conſtabit Ieſum agnum paſchalem comediſſe. 14. luna & nō. 13. preueniendo ut iſti aſſerunt manifeſtum erit Chriſtum confeciſſe in azimo & non in fermentato: ſed Mattheus Euangeliſta teſtatur C. 26. quod probādum abſumpſimus dicitur. n. ibi prima autem die azimorum acceſſerūt diſcipuli ad Ieſum dicentes, ubi uis paremus tibi comedere paſcha & ſequitur infra & fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus & parauerunt paſcha: ueſpere autem facto diſcumbebat cum duodecim diſcipulis eius p̄ma ergo die azimoꝝ fuit paratū paſcha qd̄ comedit cū diſcipul. 1. aūt dies azimoꝝ lūa ē. 14. ut ex lege ꝓbauimus. quādo inqt gloſa abiecto fermētato agnū imolabāt ad ueſperā: qd ergo cōtra Græcos ꝓbandū nobis remanet ſi qn̄ cœnauit ſacramētū inſtituit ut fatent̄ omnes, cœnauit aūt. 1. die azimoꝝ d̄ neceſſitate ſeqt̄ ex his poſitis qd̄ i azimo & nō in fermētato tūc ſcd̄m legē ꝓhibito ſacr̄m hoc uenerabile iſtituit. Itē illd̄ idē ꝓbat̄ de ea q̄ Marc. i Euāgelio ſuo ſcribit. 14. C. 1. & die azimoꝝ qn̄ paſcha

immolabant,dicunt ei diſcipuli, quouis eamus & paremus tibi ut mãdu ces paſcha & infra:& inuenerunt ſicut dixerat illis & parauerunt paſcha ueſpere autem facto uenit cum.12.& diſcumbentibus eis & manducanti bus ait ieſus,& cætera quæ ibi narrantur primo ergo die azimorum para uerunt & comederunt paſcha:prima autem dies azimorum luna eſt.14. ¶Item illud probatur teſtimonio Luce.22.ubi ſic legitur uenit autem di es azimorum in qua neceſſe erat occidi paſcha & miſit Petrum & Ioan nem dicens euntes parate nobis paſcha:& infra euntes autem inuenerũt ſicut dixit illis & parauerunt paſcha:& cum facta eſſet hora diſcumbuit &.12.diſcipuli cum eo:ex his quæ Lucas dicit patet quod in prima die azimorum fuit paratum paſcha,& cum ueniſſet hora cœnauerunt: dies uero prima azimorum erat luna.14.neceſſe eſt ergo fateri Quod in die prima azimorum comedit paſcha quando inſtituit illud mirabile ſacra mentum,ergo in die azimorum quando fermentum erat prohibitum fu it inſtitutio ſacramenti,unde non eſt dubitandum in azimo dominum cõ feciſſe non tamen negamus in fermento poſſe confici,ut illi negant poſſe confici in azimo iuxta doctrinam Anſelmi in libello quem de fermẽto & azimo inſcripſit,azimus enim a fermentato ſubſtantialiter nõ differt un de in præfato libello ſic ſcribit:& propter hoc ſolum uidetur ſe & carnem ſuam panem uocaſſe,& de pane corpus ſuum feciſſe:quia ſicut ille panis azimus uel fermentatus dat uitam tranſitoriam.Ita corpus eius eternã, non quia fermentatus uel azimus hæc ille,ergo non eſt neceſſarium ad cõ ficiendum ſacramentum uti azimo uel fermentato,determinate,quia nõ eſt de neceſſitate præcepti ſed bene eſt de neceſſitate miniſtri, a Chriſto eni & ab apoſtolis effluxit illa cõſuetudo conficiendi hoc ſacramentum in azimo & hunc morem Romana Eccleſia accepit ab illis qui fundaue runt eam:poſtea uero incidente hereſi hebionitarum aſſerentium legalia cum Euãgelio currere patres ſancti ne eorum errori conſentire uiderẽtur inſpiratione ſancti ſpiritus uoluerunt ſacramentum de fermento confici hereſi autem ceſſante:Romana Eccleſia rediјt ad priſtinam conſuetudi nem quæ a Chriſto & ab apoſtolis duxit originem, græci uero noluerunt redire dicentes in azimo non poſſe confici:probabant uero eorum opi nionem cui pertinaciter adherebãt quia ritum illum conficiendi a patri bus acceperunt ,ſecundo ne iudaizare compellantur & quia Chriſtus cõ fecit in fermentato & non in azimo,ſed quod oppoſita uera ſint neq; ſe cundum cogat in ſolutione ratiõum uidebitur:quod uero conuenientius fiat hoc ſacrm̃ in azimo,licet poſſit confici in fermentato Alexã. de ales oſtendit part.4.q.32.membr.3.primo ut eccleſia capiti Chriſto confor metur qui confecit in azimo, & quia panis azimus ratione qua ſine

fermento

fermento eſt,expreſſius repreſentat puritatem humanæ naturæ in chri/ſto quæ ſine oi corruptione peccati accepta eſt.3.dicit ille ſicut enim in genere panis azimus eſt ſimpliciſſimus,quia in minori ſubſtantia eſſe nõ poſſet panis:ſic chriſtus in genere hoim ſimpliciſſimus ideſt minime eſt di uiſus,in ipſo enĩ ſunt oẽs uirtutes,& dona & uniuerſaliter oia bona in me dio indiuiſibili,ſicut loquimur de medio uirtutis quod uirtus apprehen/dens puntualiter eſt pfectiſſima,& ab exceſſu & deffectu que uitium indu cunt remotiſſima:quarta rõ eius eſt ad diligentiam inſinuandã ut mem/bra corporis chriſti miſtice conforment ſe Chriſto capiti in puritate & azimam carnem Chriſti ſumẽtes ſe diligentiſſime præparent ut medium puritatis in ſe cuſtodiant:ſicut enim in lege in qua fere omnia contigebãt in figura,paſcha cum azimo comedebatur ut oſtenderetur quod chri/ſtus quem figurabat futurus eſſet purus & mundus,& ita nos eſſe mone/remur puri ab omni fermento malitiæ,& nequitiæ ſecundum doctrinam Anſelmi in præfato libello de fermento & azimo:non neceſſarium eſt er/go in azimo confici,ſed conuenientius,miniſtri tamen eccleſiæ latinæ ſi non conficiunt in azimo mortaliter peccant & forte etiam grauiter pec/cant græci ut dicunt quidam quia non ſe conformant eccleſiæ petri ma x mæ cum habeatur ſolidum fundamentum quod in azimo Chriſtus cõ fecit illud ſacramentum:& licet non neceſſarium ſit in azimo confici ſa/cramentum magis tamen congruit quam in fermentato ut ex Alexãdro accepimus. ¶ Viſa ergo ueritate catholica reliquum eſt rationes factas in oppoſitum ſoluere iuxta catholicam ueritatem ad rationem ergo reſpõ dẽdo dico quod Chriſtus cœnauit ante diem paſſionis & tunc ſacramen tum hoc inſtituit, ſed dico quod cœna fuit facta.14.luna & ex euange/lio,Lucæ clarius.Collegimus:paſſus fuit uero luna.15.& ſic primæ pro/bationes concedantur ſcilicet quod die precedenti paſſionem facta fuerit cœna ſed quod paſſio fuerit.15.die tenendum eſt & non.14.& ſic figure reſpondet figuratum unde dicitur ab Alexandro quod in agno legali duo erant conſideranda,immolatio ſcilicet Et comeſtio & immolatio im molationi reſpondet,comeſtio comeſtioni nam facta cœna de agno typi co,mox dedit diſcipulis ſub ſpeciebus panis & uini uerum Chriſti corpus & uerum eius ſanguinem:immolatio etiam agni legalis luna fiebat.14.& Chriſti imolatio luna.14.incepit quia nocte illa quæ ſequebatur tempus cœnæ luna ſcilicet.14.incepit Chriſti paſſio quãdo factus eſt ſudor eius ſicut gutte ſanguinis decurrentis in terram Lucæ uigeſimoſecundo. fuit etiam captus ligatus conſputus & alapis ceſus Marci decimoquar/to uide gloſam ſuper illud Lucæ uigeſimoſecundo uenit autem dies azi morum in qua ſic legitur:licet ſequẽti die ſcilicet decimaquinta Luna ſit

cruciſixus hic tñ nocte qua agnus immolabatur & carnis ſanguiniſq; ſui ſacramenta celebranda tradidit & a Iudeis tentus & ligatus ipſius immo lationis.i.paſſionis ſuæ ſacrauit exordium aliqui uero ſunt qui aliter dicēdum fore arbitrantur & fortaſſe magis confotmiter legi.ſ. quod dies cur rebat a ueſpere in ueſperum ut dicitur Leuitici.23.a ueſpere uſq; ad ueſperum celebrabitis ſabbata ueſtra unde Exo.12.1.menſe.14.die menſis ad ueſperam comedetis azima uſq; ad .21. eiuſdem menſis ad ueſperam cum ergo ueſperum.14.die quando comedebatur agnus fuerit pars ſequentis diei eodem die eſt immolatus uerus agnus quo & immolatus ē agnus legalis aut ſaltim comeſtus ut in crepuſculo noctis & ſic patet qđ in die mercurij quando poſt biduum erat paſcha & azima dixit diſcipulis ſuis quia poſt biduum paſcha fiet & filius hominis tradetur Matthei .26.dies autem Iouis fuit quando dicitur prima die azimorum,Matthei .26.Marci.14.Lucę.22. quam diem Io.13.cap.appellat ante feſtum paſcha quod qua ratiōe fecerit poſterius dicendum & ueſpere iouis facta fuit cœna iuxta ſermonem domini dicentē ueſpere autem facto uenit cū duodecim:& ſimiliter cum facta eſſet hora diſcumbuit &.12.Apoſt.cū eo & iſta cœna eſt in qua facta fuit lotio pedum.fuit enim una diſcontinuata tamen per lotionem pedum:paſſus uero fuit Chriſtus die ueneris ora uero ſexta fuit in cruce poſitus qū ſecundum Io.dixit pilatus Iudeis ecce rex ueſter ab ora autem ſexta uſq; ad nonam tenebre fuerunt ſuper terram ora uero nona clamauit ad patrem ſecundum euangelium Matthei cur autem Marcus dicat oram tertiam tibi conſiderandum relinquo quicquid dicant Gerſon & Theophilattus mortuus ē in paraſceue Iudeorum iuxta ſermonem Io.19.unde quamuis eſſet primus dies ſolemnitatis paſchalis in illo tamē præparabātur cibaria propter ſabbatum quod erat ſanctius omni alio feſto & duplici tūc ſolemnitate pollebat,& ſic patet ad primam probationem quam induxerunt ad probandū quod paſſus fuerit luna.14.Ad rationem immediate ſequentē quæ ex nomine paschatis difficultatem trahit dicēdum quod paſcha in ſacra ſcriptura multipliciter ſolet accipi & hæc multiplicitas fuit cauſa erroris eoꝶ quandoq; enim accipitur pro hora immolationis agni paſchalis ut Lucæ.22. ubi dicitur appropiquabat dies feſtus azimorum qui dicitur paſcha ubi gloſa paſcha dicitur dies in quo agnus occidebatur ad ueſperā.i.14.luna primi menſis: quandoq; capitur pro agno paſchali iuxta ſermonem Lucæ,uenit autem dies azimorum in qua neceſſe erat occidi paſcha:quādoq; accipitur pro Chriſto qui eſt uerus agnus prima ad Corinthios. .6. etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus : quandoq; ſumitur pro die feſto azimorum quæ erat.15.poſt equinotium uernale

iuxta

iuxſta illud Io. 13. ante diẽ feſtum paſche ſciens Ieſus: quandoq; accipit pro panibus paſchalibus & azimis & de hoc dicit Io. 18. non introierũt pretorium ne contaminarentur ſed manducarent paſcha. 1. panes azimos & erat luna. 15. ueſpere enim precedente manducauerant agnũ paſchalem ſed noluerunt introire domum uiri gentilis, ne contaminarentur credebant. n. ex hoc imundiciam quandam cõtrahere: propter ergo illam ſolemnitatem azimorum noluerunt intrare, eorum uero cerimonijs condeſcendens, pilatus exiuit foras & ita intelligit Io. cum dicit. 12. cap. ante diem feſtum paſche intelligit. n. luna. 15. dies. n. paſcha eſt. 14. luna dies uero feſti paſche eſt. 15. unde leuitici. 23. dicitur menſe primo. 14. die ad ueſperam phaſe domini eſt. 1. paſcha &. 15. menſis huius ſolemnitas azimorum domini eſt & ita ante diem ſolemnẽ paſche quæ. 15. eſt, fuit facta cœna. ſ. luna. 14. ad ueſperam, ad illud quod dicitur ne tumultus fieret in populo dico quod Iudei timebant crucifigere dominum non propter reuerentiam feſti credentes ſe obſequium preſtare deo occidẽdo Chriſtum, ſed propter populum qui ueniebat ad feſtum, ne tumultus pre multitudine & fama Ieſu chriſti cauſaretur, quia tamen Iudas obtulit eum ſe traditurum & ſic ſemota fuit cauſa tumultus propoſitum mutauerunt ſtante firmo dei propoſito ut pateretur die ueneris & ſicut illa die populum de ſeruitute eduxerat propter quod immolabatur agnus ita eadẽ die immolatio fieret ueri agni: ad liberandum mundum de ſeruitute peccati.

¶ Ad illud de ſanctis mulieribus dicendum nunc eſt: & aliqui ſunt qui dicunt quod in prima die azimorum non erant prohibita niſi opera ſeruilia præparare uero unguenta propter defunctos non ſeruile opus erat, ſed miſericordiæ unde cum Exodi. 12. legitur nihil operis facietis in eis exceptis his quæ ad ueſcendum pertinent: non excluduntur opera illa mulierum: & ita dicunt iſti quod ab hora qua chriſtum uiderũt in monumento poſitum uſq; ad ueſperam eiuſdem diei qñ incipiebat ſabbatum emerũt aliquã partem aromatũ: i illo uero ſabbato ſiluerũt & quia ſabbatũ & qa feſtum paſche, ſed contra hoc uidetur quod dicit Marcus. 16. ubi dicitur cũ trãſiſſe ſabbatũ Maria magdalena & Maria iacobi & ſolomæ emerũt aromata ergo die ueneris non parauerunt aromata que nondũ emerant ſed hoc non conuincit: nam unam partem emerunt die ueneris aliam uero facto ſabbato ut manẽ uenirẽt & Ieſum ungerent, aliqui uero aſſerunt quod illæ mulieres in fide Chriſti inſtructæ non curabant obſeruare legalia nõ. n. erant ſub littera ſed ſub gratia: ſed hoc quod iſti aſſerunt uidetũ contrariũ Lucæ dicẽti & ſabbato quidẽ ſiluerũt ꝓpter mãdatũ præterea magno tẽpoꝛ Iudei cõuerſi ad fidẽ obſeruabãt legalia adeo qḋ nõ habetũ in ſacra ſcriptura qñ circũciſio quæ erat maxima inter legalia ſacramẽta

Digitized by Google

deſierit ſic quod incepit eſſe mortifera iudeis:quia fortaſſe de gentilibus
conſtat , & illud fuit poſt habitum concilium ſuper illud Hieroſolymis
ut habetur Act.15.Tempus uero quando incepit eſſe mortifera iudeis
non habemus determinatum.quia hiſtoria non perducit eccleſiã ultra .5.
annũ Neronis qui fuit.30.a paſſione chriſti,& toto illo tpe iudei conuerſi
obſeruabant legalia,& hoc non fuit ommiſſum uſq; ad conuerſionem
Hieruſalem quæ inter alias cauſas facta fuit ne amplius cum Euan-
gelio legalia currerent : ſed hoc non fuit per accidens , ut aliqui opi-
nantur , cum Ergo nondum fuerint dies penthecoſtis , & illæ mulie-
res eſſent quæ magis timent uiolare legem in qua nate ſunt & nutrite &
euangelio dicente eas ſiluiſſe ſabbato propter mandatum quod ſi queris
cuius mandatum non niſi legis reſpondebis ſi recte reſpondebis : dicen-
dũ ẽ quod bis emerunt aromata, & die ueneris dum a monumento redi-
rent licet enim breue fuerit Tempus,quia ſero depoſitũ fuit corpus chri-
ſti unde propter paraſceue Iudeorum poſuerunt eum In monumento or
ti quod prope erat Io.21.& Lucæ.23.tamen in illo tempore potuerunt
partem emere uero poſt ueſperam ſabbati, habebant fortaſſe etiam par
tem unguenti ad ungendum corpus domini longe ante paratum iuxta il
lud domini mittens hoc unguentum,hoc eſt corpus meum ad ſepeliendũ
me fecit & iterum ſinite illam ut in die ſepulturæ meæ ſeruet illud & ſic
unguentum quod prius Inceperat conſumauit,ſed tamẽ,ut oẽs euangeli
ſte cõueniãt bis illas ſanctas mulieres aromata emiſſe nõ dubites . ¶ Ad
ea quæ Immediate ſequũtur iam nota eſt multiplex acceptio paſche un-
de euidẽter conſtat oppoſita non concludere.ad Illud uero quod dicitur
de tumultu quem timebant in populo iam eſt dictum ideo replicare eſſet
inutile,unum tamen animaduerte lector quod ſi chriſtus præueniſſe uo-
luiſſet cœnam ut iſti dicunt præueniſſet etiam cum cerimonijs legis , &
non contra diſpoſitionem legis . licet ergo ratione paſſionis præueniſſet
ad comedendum agnum,præueniſſet etiam comedendo cũ azimis ſcd̃m
quod ſcriptum erat in lege quæ adhuc non erat conſumata & ſic in azi-
mo confeciſſet non in fermento ut opinantur græci. ¶ Ad ſequentem ra
tionem in qua dicitur quod Eccleſia Romana iudaizare compellit : dico
quod illud non eſt obſeruandum tanq; legale ſed tanq; inſtitutum a do-
mino qui dominus eſt legis & gratiæ.neq; erat purum cerimoniale ſic qđ
ſolum futurum agnum ſignificaret quia nunc non poſſet in uſum ueni-
re:ſacramenta enim dicebantur in lege ueteri per quæ homines deputa-
bantur quodammodo ad cultum dei ad quem ſpeciali quodammodo de
dicantur ſacerdotes.Ideo quædam erant ſacramenta communia popu-
lo quædam uero ſacerdotibus.primum ergo ſacramentum quod erat cõ

mune

mune omnibus erat circuncisio ſine quã nullus admittebatur ad aliquod
legalium:ſecundo requirebatur uſus eorum, quæ ad cultum diuinum per
tinebant,& ſic quo ad populum erat eſus agni paſchalis quo ad ſacerdo
tes erat oblatio uictimarum,& eſus panum propoſitiõis. 3. requirebatur
remotio impedimentorum.& quo ad populum erant purificationes quæ
dam.quo ad ſacerdotes erant lotiones manum & pedum & raſio pilorũ:
Comedebatur ergo agnus paſchalis propter beneficij Commemoratio-
nem:quia .ſ. fuere liberati a ſeruitute egypti,& quia feſtinare opporte-
bat ne qui remaneret ab egyptijs occideretur,feſtinatio illa deſcribitur p
panes azimos ad deſignandum quod fermentari non poterant:egyptys
cogentibus.ſimiliter agnũ aſſum comedebant ſic enim uelotius & citius
præparabatur.ideo neq; uacare opportebat in frangendis oſſibus : ideo
in lege dicitur renes ueſtros accingetis calciamenta habebitis in pedibus
tenẽtes baculos ĩ mãibus & comedetis feſtinãter ad deſignãdũ uero ama
ritudinẽ quã paſſi fuerunt in egypto lactucas comedebãt agreſtes : hæc
aũt ultra qđ memorialia erant & grãꝝ actiões aliqđ futuꝝ figurabãt &
immolatio agni paſchalis ſignificabat immolationẽ chriſti ſcđm illud.i.
ad Corinth.vi.paſcha nr̃m immolatus eſt chriſtus comeſtio uero agni co
meſtionẽ figurabat ſacratiſſimi ſui corporis in ſacr̃o. comedebatur autẽ
cum azimis panibus ad ſigñandum purã conuerſationẽ fidelium ſumẽ-
tium corpus chriſti iuxta ſermonẽ Apoſt.i.ad Cori.v.epulemur ĩ azimis
ſinceritatis & ueritatis:comedebãt uero aſſum ad chr̃i charitatẽ figurãdã
qualis.n.maior charitas quam ponere aĩam ſuam pro amicis ſuis ad qđ
nos admonet dñs Io.13.dicens mandatum nouũ do uobis & q̃uo nouũ
& ſcđm nouam formã ſit ſubdit, ut diligatis inuicẽ ſicut dilexi uos:lactu
cæ comedebantur agreſtes propter penitentiã peccatoꝝ renes accingen-
di ſunt cingulo caſtitatis & alia quæ dñr ab expoſitoribus legis ueteris:
comedere ergo in azimo ſigñabat præteritum & figurabat, futurum
qđ tñ non tranſit & ideo non eſt de gñe eoꝝ que cum pura cerimonialia
ſunt futuꝝ ſtatum chriſti deſignantia ſi in lege grãæ obſeruarent' proteſta
retur hõ in eis chriſtum nõ deſcendiſſe & hoc eſſet iudaizare:& ita ſolui-
tur ſequens rõ non.n.manet figura ſed materia figuræ non ut figura uen
ture ueritatis.facimus ergo ut Ieſum imitemur:neq; in hoc legis uetuſta-
tem imitamur, ſed auctorem utriuſq; legis qui in cõſecrando uſus eſt azi
mis:neq; hoium conuentus hoc inſtituit cũ a chriſto & ab apoſtolis hæc
fluxerit conſuetudo:uñ nihil eſt qđ in latinos ſolent dicere qđ littera occi
dit quia ut recte retorquet Anſelmus cur & illi in fermento faciunt alle-
gantes illud Amos offerte mane uictimas ur̃as tribus diebus decimas ue
ſtras & ſacrificate de fermẽtato laudem,ſi ergo propheta apptobando il

Digitized by Google

lud dicit, & illi ſic obſeruant cur lr̃a non occidit:Conficimus ergo in azi
mo non propter legem ueterem, ſed quia in azimo confecit dominus
quando conficiendi dedit auctoritatem:& ille eſt lapis angularis; domi-
nus utriuſq; legis. quid uero ultimo dicunt de Artos reſpondet Alexan-
der q̃d aliqñ artos accipitur pro fermentato aliqñ pro azimis. aliqñ pro
fermentato & azimo:& ſic patet rõnes græcoꝝ non concludere. unde re-
manet ueritas catholica romanæ ecclesiæ in concuſſa iuxta promiſſionẽ
dñi factam petro & ſucceſſoribus eius.qñ dixit ego rogaui pro te Petre,
ut non deficiat fides tua.

Caput Quartum.

QVia in determinatione ueritatis ſacramenti & temporis inſtitu-
tionis eiuſdem eſt multoties pro confeſſo receptum: quod panẽ
inſtitui dominus tanq̃ debitam materiam huius ſacramenti, de hac ergo
materia remanet diſſerendum primo quo ad ſubſtantiã. ſcdo quo ad quã
titatem, tertio quo ad qualitatem:circa primum ergo dicendum an ſolus
panis triticeus ſit ſufficiens materia ſacramenti:uel panis de ſpelta aut ſi
ligine. ſit etiam huic ſacramento conueniens materia, & multorum extat
opinio quod ſolus panis triticeus eſt conueniens materia, huic ſacro
ratione diuinæ inſtitutionis cuius etiam ſignum afferũt quod Ieſus ſe gra
no frumenti comparauit iuxta expoſitionem auguſtini ſuper illud Io. 12
niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipſum ſolũ ma-
net ubi aug. dicit cum multa ſint frugum grana nulli ſe comparat niſi illi
grano frumenti, unde mos cœpit eccleſiæ de illo ſolo grano cõficere cor
pus domini, & huius opiniõis fuit Alexander de ales, diuus Tho. Io. Sco
tus, Durãdus, dominus Gerſon & plures alii licet inter ſe in aliquibus dif
ferant nam in alia materia quæ tantum accidentaliter differat fieri po-
teſt an autem ſpelta leodienſium ita ſit prefati doctores inter ſe non con-
ueniunt:unde aliqui eoꝝ dicũt quod tritico ſeminato ĩ partibus illis ſpel
ta naſcitur, & huic opinioni uidetur conſentire durandus cõtra Thomã:
de amido uero utere ea uia quam doc. ſubtilis oſtendit, quia credendũ eſt
expertis, & ſi operatio facit cognoſcere formam, ſicut trãſmutatio mate
riam, & quelibet ſpecies qualitatem habet propriam quam a tota ſpecie
appellant quæ formam talis ſpeciei conſequitur. & ſi iſta uia proceden-
do aliquid inuenies ſpecie diſtinctum dic conſequenter ad opinionem:ac
cidentia enim conferunt ad cognoſcendum quodquid eſt:ideo iſti dũ uo-
lunt ſolum panem triticeum eſſe materiam conuenientem omnem aliam
materiam debent excludere quam ab ea ſpecie differre exiſtimant in co-
gnoſcendo

gnoſcendo

Digitized by Google

gnoſcendo uero iſtud medicis & philoſophis credere debent qui rerũ na-turas rimantur: quod uero unitas ſpecifica requiratur & quod Chriſtus utens pane triticeo: generi talẽ uirtutem nõ dederit ut opinatur Albertus oſtendit durãdus ex hoc quia poſſet ſic homo in baptiſmo alia aqua uti ab iſta comuni & in untione uti oleo nucum aut ſeminis raparũ, hæc iſte quæ latius in eorum libris uidere poteris alij uero aliter aſſerunt & fortas ſe melius & magis pie neceſſitatibus ſubueniendo, quæ in aliquibus regio nibus eſſe contingerẽt ubi noſtrum frumentum deficit. dicunt ergo quod ſecundum yſiodorum libro. 17. ethimol. C. 3. frumentũ genus eſt ad mul tas ſpecies & ego in hoc non dubito nam & in prouincia Calabriæ cuius coſenzia unde oriundus ſum caput eſt & metropolis, plures ſunt frumen ti ſpecies & uulgariter ſolent dici caruſa granum & germanum cum ergo ex omnibus iſtis panis uſualis fieri ſoleat cur in omnibus non liceat confi cere q̃uis ſpecie diſtinctis non intelligo, præſertim cum ex euãgelio nihil aliud conſtet niſi panem fuiſſe quo uſus fuit dominus in conficiendo ſa cramento neq; inde habetur quod fuerit plus panis triticeus q̃ alterius ſpeciei qui in uſum tunc uenire potuiſſet neq; in aliquo Eccleſiæ ſtatuto ĩ decreto aut decretalibus contento illud habetur, neq; in cap. de ſumma trinitate & fide catholica neq; in cap. cum Mar. de celebratiõe miſſaꝝ ne q; in decretis de conſenſu di. 11. & ſi Chriſtus ſolum panem triticeum fe-ciſſet tactu ſuarum manuum conuenientem materiam ad hoc ſacramen tum non uideo quomodo ſacerdotes in aliquibus regionibus poſſint con ficere & ſic idolatrarent & errore errarent perniciosiſſimo quod dicer̃ nõ auderem modo non ſit panis factus de fabis piſis aut lentibus & huiuſ-modi que ariſtas non habent horum ego opinioni magis conſentio & mi rũ eẽt ſi uera eẽt opinio ꝑma: Quomodo Romana Eccleſia tacuiſſet: fuiſ ſet. n. prouida marer circa hoc ſacramentum in his quæ ad bene eſſe ſunt & non ad neceſſitatem ſacramenti fuiſſet uero negligens circa mareriam ſacramenti quæ eſt ſacramento neceſſaria, & ſic in illa errare periculoſum magis, prouidit uero Eccleſia, circa ueſtimenta ſacerdotum, circa altar̃ cir ca lumina, circa miniſtrum: circa locum ſacratum, circa calicem, & ſi ani-maduertes nihil õmiſſum inuenies quod expediat ad reuerentiã tanti ſa-cramẽti: nullibi aut determinauit quod ſolus panis triticeus ueniat in uſũ ſacramenti & dum excludit panem fabarum & lentum qui minus uenit ĩ uſum & circa quem minus errare contingeret, cur panem aliorum frumẽ torum a triticeo ariſtam habentium, non ꝓhibuit quare nolo magis cau-tus in hoc eſſe aut conſilium afferre quam fecerit Romana Eccleſia quæ ſi ſuper hoc aliquid determinabit acceptabo pro nunc tamen panem fateor conuenientem materiam huic ſacramento, ſed dum panem intelli-

gis abſolute prolatum non pro ſolo triticeo intelligas,eſt.n. genus unitocum habens ſpecies ſub ſe quarum una alteri comparata poteſt eſſe perfectior formæ.n.ſe habent ſicut numeri & ſi diuerſitas operationum ſic abſolute intellecta ut uidetur intelligere aliquis opinantium formarum ſpecificam arguit differentiam,intellectus poſſibilis ſpecie differret a ſemetipſo,aliqua.n.ſine diſcurſu intelligit ſolis terminis intellectis in ſolo lumine intellectus agentis,aliqua uero intelligit cum diſcurſu he autem duæ operationis ſpecie differunt:poteſt etiam una forma per diuerſa inſtrumenta ad operationes diuerſas ignis n.calefacit & exicchat,& aer calefacit & humettat,ſed per diuerſas qualitates ſimiliter uinum album laſſat rubeum conſtipat & tamen uinum album ſpecie non differt a uino rubeo:uerum tamen eſt de paſſionibus propriis quæ a tota ſpecie uocanẽ quod ille oſtendunt ſpecificam differentiam formarum a quibus proueniũt:ſed oſtendant iſti nobis quod uni ſpeciei dederit uirtutem iſtã & non generi dedit ergo pani & aliis ſpeciebus frumenti ariſtam habentibus accepit.n.panem ſed non dicit plus triticeum quam alium:circa ſecundum dubium eſt an.ſ.ſacerdos poſſit materiam conuenientem in quacũq; quãtitate conſecrare:& aliqui ſunt qui aſſerunt quod non poteſt ſacerdos ſacramentum efficere niſi in determinata quantitate:probant uero iſtã opinionem multipliciter primo non minus ordinata eſt actio gratiæ ꝙ actio naturæ,cum gratia ſit ſupra naturam ſed effectus cuiuſlibet actionis naturalis eſt determinate quantitatis omnium.n.natura conſtantium poſitus eſt certus terminus & ratio magnitudinis & augmẽti.2.de anima forma.n.quæ eſt terminus materiæ non poteſt operationem ſuam exercere cum omni inſtrumento,ergo effectus conſecrationis ſacramentalis eſt ſolum ad conſecrationem determinatæ quantitatis.2.poteſtas Eccleſiæ nõ eſt data miniſtris circa ſacramẽta quantum ad ea quæ ad irriſionem pertinent ſacramentorum & fidei iuſta ſermonem Apoſt.1.ad Corinth.4.ſecundum poteſtatem quam dedit mihi deus in edificationẽ & non in deſtructionem:ſed ad deriſionem fidei & ſacramentorum eſſet ſi ſacerdos totum panem qui in foro eſt cõſecraret & totum uinum quod in cellario eſt.his rationibus contenti ponunt opinionem quam diximus,& confirmant illam quia intentio miniſtri debet correſpondere inſtitutioni ſacramenti ſed inſtitutio eius fuit propter uſum fidelium:ergo niſi intentio cõueniat uſui fidelium non erit ſacramentum:ſed hæc opinio licet doctrinalis uideatur:mihi tamen non placet nam hoc ſacramentum non conſiſtit in uſu & in fieri propter quod ſiue ordinetur ad uſum ſiue non,ſacerdos tamen cum debita forma & debita materia poteſt ſacramentum conficere nam ſi intendit illud ſacramentũ conficere propter ueneficia & incan-

tationes

tationes licet grauiter peccet cõficit tamen ergo multo magis conficit ſi ad uſum fidelium non ordinet, præterea in quantacũq; minima materia poteſt conficere ſacramentum ergo & in maxima eadem.n.ratio ẽ de magno & paruo: præterea ſi hereticus baptizaret intendens facere quod facit Eccleſia licet credat baptiſmum nihil prorſus ualere uere tamen baptizat & tamen illa credulitas plus ad ſacramentum pertinere uidetur ꝗ ordinare ad uſum fidelium: nam intẽtio ſacerdotis debet terminari ad intrinſeca non ad conſequentia ſacramẽtum, uſus autem Euchariſtiæ nõ eſt de intrinſecis ſed de conſequentibus illam, neq; minus conficitur ſacramentum ſi intendat ſacerdos illud in pixide conſeruare ꝗ ſi intendat fidelibus dare ad manducandum: ideo dicendum quod ſacerdos tantã materiam poteſt conſecrare quantam poteſt habere preſentem nam tunc concurrit materia ſi uerba debita proferantur concurrit forma auctoritas & intentio miniſtri quid ergo deficit ut effectus conſecrationis non ſequat: qualis autem materia præſens dicatur ſub dubio relinquit a fautoribus huius opinionis, non.n. illa debet preſens iudicari quæ uideri poteſt neq; illa ſola quæ manibus tangitur quia multæ conſecrantur hoſtiæ, quæ manibus non tanguntur: ad argumenta uero oppoſitæ opinionis reſpõdet, ad primum quidem quicquid ſit de minimo an.ſ. detur minimum naturale uel minimum ſenſibile fortaſſe.n. rationes eorum qui minimum naturaturale contendunt non ex omni parte conuincunt, dicendum ergo qđ actio naturalis finita non attingit niſi terminum finitum, ſed quid iſti intelligunt per actionem ſacramentalem forte uolunt intelligere illam actionem inſtrumentalẽ quam ſacramentis concedunt & illam nos negamus ut uidebimus in ſpeciali capitulo ſuper hunc articulum, & quicquid ſit đ iſta uirtute ſiue detur ſiue non detur actio quæ terminum tranſubſtantiationis attingit quæ eſt corpus Chriſti præſens ſola actio diuina ẽ, quæ q̃ infinita ab infinita proueniens potentia nõ habet terminum finitum ſic quod ita poſſit in tantam materiam quod non in maiorem, ſed materia tamen præſens hic limitatur diuina inſtitutione quia.n. in forma pronomen demoſtratiuum proponitur materiam opportet eſſe preſentem: Ad ſecundam rationem dicitur quod uerum eſt quod auctoritas data eſt in edificationem non in deſtructionem, tamen poteſt uti & præter & contra intentionem donantis neq; opportet ſemper multiplicare miracula de q̃bus, nullam habent apparentiam: circa. 3. dubium quod erat de qualitate panis an.ſ. azimus uel fermentatus, dictum eſt ſufficienter cũ cõtra Grecos diſputauimus ideo ne idem repetatur recurrendum eſt ad illum locũ ne uero de ſanguine ſpecialiter dubitare cõtingat animaduerte lector qđ de uino quantum ad ſubſtantiam omnino cautum habetur a Theologis

ut uinum ſit ex uuis & nõ aliquid artificiale quod ſit in aliqua regione in
uſu, licet.n. in Scotia & in aliquibus alijs regionibus non ſit uinũ ꝓ multi-
tudine facile tamen erit deſſerri ex alijs prouincijs quantũ ſufficiat ꝓ quo-
tidianis conſecrationibus de quantitate uero dicas conformia his quæ
dicta ſunt de quantitate panis an uero neceſſaria ſit admiſtio aquæ, co-
munis opinio & uera ẽ quod aqua non ſit de neceſſitate ſacramẽti ſed be
ne eſt de neceſſitate miniſtri unde græcos qui aquam non apponunt Ec-
cleſia Latina non negat conficere ſacramentum ſanguinis: neq; ubi legit̃
hoc ſacramentum inſtitutum mentio aliqua facta eſt de aqua quam non
tacuiſſent Euangeliſtæ ſi neceſſarium ſacramento cognouiſſent, miniſter
tamen debet eam apponere tum ut imitemur Chriſtum de quo creditur
in uino mixto aquæ confeciſſe, tum ut obediat Eccleſiæ hoc præcipienti
& etiam ad ſignificandum quod populus aqua ſignificatus Chriſto uni-
tur: propterea caueat miniſter ne in celebrando negligat aquam apponer̃
quia ſuam ſalutem negligeret, & ſimiliter animadertat adeo parum de a-
qua apponere quod uinum a ſua ſpecie non alteret ſed attiuitate uini a-
qua conuertatur in uinum & ſic in ſanguinem traſubſtãtietur & ideo una
gutta aquæ ſufficit modo poſſit a toto ſeparari quia ſic abſorbetur a ui
no & ſic perfecte ſignificat unionem membrorum, cum capite & noſtræ
mortalitatis abſorcionem qui.n. bibit illum ſanguinem habebit uitã eter-
nam: ſignificat etiam inſertionem gentium ut.d. irrefragabilis Alex. oſtẽ
dit unde tria ſunt in hoc uenerabili ſacramento forma.ſ. uiſibilis panis &
uini eſt ueritas corporis & ſanguinis Chriſti: uirtus ſpiritualis unitatis &
charitatis communicantis populi: primum eſt ſacramentum tantũ, ſecũ-
dum eſt ſacramentum & res, tertium eſt res tantum corpus.n. eſt res pri-
ma quæ ſignificatur a primo ſacramento, eſt uero ſacramentũ tertij: quia
ſignificat & efficit, tertium.ſ. Eccleſiaſticam unitatem quia ergo in hoc ſa
cramento quaſi homo mutatur in Deum iuxta ſermonem Domini, ego
uiuo propter patrem, & ille uiuit propter me, miniſter tantam aquam de
bet apponere: quæ conuertatur in uinum: abſortionem uero noſtræ mor-
talitatis ſignificat quia mortalitas aqua ſignificat̃ iuſta illud. 1 1. reg. 1 4.
omnes morimur & tanq̃ aquæ dilabimur ꝑ uinum uero, abſortio huius
mortalitatis intelligitur iuxta illud. 1. ad Corinth. 6. abſorta eſt mors in-
uictoria & ad Coloſſ. 3. mortui eſtis & uita ueſtra abſcondita eſt cũ Chri
ſto in deo & Io. 6. niſi manducaueritis carnẽ filij hominis & biberitis eius
ſanguinem non habebitis uitam in uobis, ſignificat etiam aqua admixta
uino inſertionem gentium iuxta ſermonem Apoſt. ad Rom. 1 1. tu aũt cũ
oleaſter eſſes ut inſertus es in illis & ſotius radicis & pinguedinis oliuæ fa
ctus es & quæ ſequuntur: non exiſtimes autem in hoc ſacramẽto expedi-

re ut

Digitized by Google

re ut in ſua propria natura aqua remaneat quia uera aqua & non flegma exiuit de latere domini, quia aquæ ſub ratione propria conuenit ſacramentum regenerationis ũde ut ſic abluit. in ſacramento uero euchariſtiæ apponitur propter cauſas quas diximus unde fieri debet eo modo quo diximus ut effectus intentioni reſpondeat, ſi enim quando tranſubſtantiatio fit aqua in ſua natura permanet aut aqua aget in accidentia uini & facta alteratione accidentium ſic quod ſub illis non poſſet ſtare forma uini, deus ſubſtantiam crearet, quæ illis accidentibus cõueniret uel accidentia uini agerent in aquam facta autem alteratione a deo crearetur ſubſtantia uini uel aliunde ſecundum diuerſas opiniones quas poſterius tractabimus, & tunc Illud de nouo creatum non tranſubſtantiaretur in ſanguinem chriſti neq; illi admiſcetur quia ille ſanguis non eſt in calice extra uenas glorioſi corporis chriſti ut ille alius liquor poſſit admiſceri: Inde habes materiam huius ſacramenti, quod inſtituit dominus inquit Alexander. q. 30. membro ultimo part. 4. ut ad guſtũ diuinitatis ſuæ per guſtum ſuæ humanitatis nos inuitaret: uerba enim dominus ſunt ſpiritus & uita: & caro ſua eſt ſpiritus & uita: eſt enim uerbum cibatorium animæ aquam donans ſalientem in uitam eternã, occultauit uero corpus & ſanguinem ſub ſpeciebus alienis & propter meritum fidei quod ceſſaret ſi de ea ſumeretur experimentum: & ne aborreret animus quod cerneret oculus ſcilicet manducare carnem Chriſti in ſpecie ſua uiſibili & eius ſanguinem bibere, congruæ ergo Chriſtus hoc ſacramentum inſtituit in pane & uino quia ſicut in baptiſmo ablatio fit interior uirtute ſpiritus ſancti ab originali peccato propter quod principaliter fuit ordinatum ideo: aqua eſt conueniens materia quæ inter cætera eſt ad lauandum & mundandum corpus congrua: ſic quia Euchariſtia in uita ſpirituali fouemur. Iuxta ſermõem domini qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem uitam habebit in illis. congruæ fuit inſtituta in pane & uino quæ corporali refectioni ſunt aptiſſima.

Caput Quintum.

POſtquã uiſum eſt de realitate ſacramenti de tpe inſtitutionis & eius materia ueniendũ eſt ad formam, an .ſ. illa qua comuniter utimur ſit forma cõueniẽs & præciſa huius ſacri: pro quo animaduerte qđ Chriſtus ea auctoritate qua coelũ fecit ex nihilo eadẽ potuiſſet & panẽ in corpus ſuũ conuertere abſq; aliqua uerborum formula: tamen quia non ſolum ipſe uoluit conſecrare: ſed diſcipulos auctoritate conſecrandi decorare dicens hoc facite in meam commemorationem uoluit uti for-

ma uerborum qua poſſent uti diſcipuli & eccleſia poſt illos:uerum cum de forma eucharistiæ loquimur non intelligas de forma ſacramenti non enim de genere ſacramentorum eſt quæ i fieri & in uſu conſiſtunt, unde ſi uerba forma eſſent ſacramenti illa non exiſtente non eſſet ſacramentũ ſed de forma conſecrationis eſt ſermo & non de forma ſacramenti: quia tunc nõ eſſet ſacramenũ permanens ſi autem a Scotiſtis quæratur quæ ſit forma ſacramenti dicitur ſecundum fundamenta eorum quod non eſt in hoc ſacramento permanenti aliud tanquã materia aliud tanquã forma ideo uerba non poſſunt ad eius eſſentiam pertinere:cum ſit permanens ſpecies ergo ſole ſunt ſacramentum ut inſtitute ſunt diuina inſtitutione ad efficaciter ſignificandam rem contentam que non eſt gratia accidentalis ſicut in reliquis ſacramentis ſed gratia ſubſiſtens ideo hæc gratia cæteras omnes antecellit:illa uero inſtitutio nihil dicit diſtinctum a ſpeciebus cui poſſet ratio ſacramenti conuenire & illi ratio formæ attribui:dicendum ergo quid intrinſece pertineat ad formam conſecrationis quia adminiſtri neceſſitatem non intendimus,& dicitur quod ad formã ſacramentalem illa quatuor uerba pertinent ſcilicet hoc eſt corpus meũ: iſtud uero primo probatur,quia illa eſt conueniens forma conſecrationis huius ſacramenti,qua fuit uſus Ieſus in inſtitutione illius ſed Chriſtus uſus eſt illa forma,accepit enim panem & dixit hoc eſt corpus meum: præterea in hoc ſacramento præſens eſt Chriſti corpus huiuſmodi autẽ præſentiam uerba hæc ſignificant non ex ſerie uerborum, ſed ex inſtitutione Chriſti unde ſi ſacerdos omnia alia quæ in canone miſſæ continentur omitteret & intenderet debitam materiam conſecrare,ſola iſta uerba proferendo effectus conſecrationis ſequeretur Intentio enim ſufficit ut hæc uerba in perſona Chriſti probata intelligantur hoc autem ſemper eſt cum forma eccleſiæ conſueta intendat uti miniſter & Scotiſtis oppoſitum ſentientibus in hoc non conſentio,ſed magis uolo conſentire opinioni communi:cur autem appoſitum ſit ly enim plures congruentiæ ſolent aſſignari,aut enim ponitur ad aſſignandum ordinẽ ſacramenti ad uſum ut ſenſus ſic hoc eſt eni idest quia talis eſt conſecratio utimini conſecrato uel ponitur ad continuandũ formam conſecrationis cũ uerbis præcedentibus,ſolent ẽt aliæ congruentiæ piæ ſaltim aſſignari ab aliqbus dicẽtibus eccleſiam uoluiſſe ut miniſtri. v. dictionibus uterentur non ſine miſterio, ut quinq; uerbis conſecretur Chriſti corpus,qđ totidem fuit conceptũ de uirgine ipſa.n.dicente fiat mihi ſcđm uerbum tuũ,uerbum caro fcm̃ eſt, Lucæ. 1. publicanus ẽt pcõꝝ ueniã. v. uerbis meruit,dum pcutiens pectus ſuum orauit dicens deus propitius eſto mihi peccatori, Lucæ. 18. ſimiliter quinq; uerbis paralitico demiſſa peccata legimus, fili remittuntur

tibi

tibi peccata tua:Matthei nono ſimiliter dominus latroni quiq; uerbis paradiſum promiſit dicens hodie mecum eris in paradiſo hæc iſte quæ bona ſunt ſi autem ad propoſitum conſidera nobis enim quæ magiſtralia non ſunt ſatisfacere non conſueuerunt unum tamen pro certo habeto eccleſiam non ſine ſpiritu ſancto illam adiectionem poſuiſſe. ¶ Remanet nunc pro complemento doctrinæ aliquid in medium afferre de forma cõſecrationis ſanguinis,& ſi mihi placeat magis dictum Ioannis Scoti non tamen erit inutile aliorum opiniones conſiderando aliquid adcretait autem ille Doctor quod nõ eſt nobis traditum omnino certitudinaliter an ad formam conſecrationis ſanguinis pertineant aliqua uerba : poſt illud ſanguinis mei:ideo periculoſum eſt de hoc aſſerere:de quo ſufficiens auctoritas non habetur : non eſt autem periculoſum ignorare quia ignorãtia uidetur inuincibilis:Hæc ille:ex quibus corollarium infertur,quod nõ eſt neceſſarium in quolibet ſacramento ſcire præciſe quæ ſit forma ſacramenti:ſacerdos ergo intendens facere quod facit,eccleſia legens uerba canonis a principio uſq; ad finem uere conficit:nec eſt tutum alicui ſe ualde peritum reputare & dicere iſtis uerbis præciſe uolo uti pro forma conſecrationis ſanguinis,neq; poterit præciſe aſſignare,qua forma debemus uti in ſacramento penitentiæ,ſimiliter græci in conſecratione ſanguinis iſtis uerbis utuntur:ut patet in miſſa beati Baſilij ubi ſic habetur : bibite ex eo omnes,hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti qui pro uobis & pro multis in remiſſione peccatorum:non apponunt ergo illi eterni,nec miniſterium fidei neq; calix:ſi tamen determinanda eſt aliqua forma præciſa conſecrationis ſanguinis illa eſt,hic eſt calix ſanguinis mei ut eſt comunis opinio , aditur uero noui & eterni teſtamenti.miſterium fidei qui pro uobis & pro multis fundetur in remiſſionem peccatorum:in his autem uerbis tres effectus denotantur,primo teſtatur nobis hereditatem , ſecundo declarat in miſterio fidem:tertio præſtat peccatorum remiſſionem,ut ergo ſingula diſcutiamus ea breuitate quæ poſſibilis eſt modo perplexionem non pariat :dixit noui iuxta ſermonem Ioannis apocalipſis uigeſimoprimo dixit qui ſedebat in trono ecce noua facio omnia : Et Leuitici uigeſimoſexto nouis ſuperuenientibus uetera proijcietis , fuitq; nouum fœdus promiſſum in lege,ſicut & nouum ſacerdotium.& conſequẽter noua lex:quæ eſſet lex gratiæ uñ in Hieremia ca.trigeſimoprĩo. ſic legiẽ ecce dies uenient dicit dominus & feriam domui Iſdrael & domui Iuda nouum fœdus:non ſecundum pactum quod pepigi in die qua apprehendi manum eorꝫ ut educerẽ de terra egypti:dicitur uero eterni quia his sacris non ſuperuenient alia ſacramenta , neq; ſacerdotium ſuccedet ſacerdotio , neq; lex legi,unde hieremias in allegato cap.poſt promiſſionem

Digitized by Google

noui fœderis i fine ſic ſcribit ſanctum domini non euelletur & nõ deſtrue
tur ultra in perpetuum,unde Iſaias cap.12.& feriam uobiſcum pactum
ſempiternum & ad Hebreos decimo una oblatione conſumauit in eter-
num ſanctificatos:teſtamenti aditur quia ſanguine confirmauit unde ad
Hebreos nono ubi teſtamentum eſt mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris
unde Zachariæ nono ſit ſcribitur tu quoq; in ſanguine teſtamẽti tui emi
ſiſti uintos tuos:de lacu in quo non eſt aqua:dicitur uero miſterium:quia
ſecretum magnum eſt:quod ſanguine ſuo ſanctificationem operetur, ali-
ud creditur:aliud uidetur: unde Iſaiæ trigeſimoquarto ſecretum meum
mihi ſecretum meum mihi:& Iob uigeſimooctauo pro fluuia fluuiorum
ſcrutatus eſt,& abſcondita perduxit in lucem:quid aliud fluuij ſunt quã
flumina uulnerum quorum eſt profunda ſapientia quõ Chriſti ſanguine
liberatus eſt mundus:& in hoc profundo omnia miſteria ſunt reuelata
adit uero qui ſcilicet ſanguis pro uobis effundetur ideſt diſcipulis & pro
multis qui ſcilicet erunt participes eternæ hereditatis:per eternam dei ele
ctionem:in remiſſione peccatorum tanq; noſtræ redemptionis præcium
iuxta illud prima Petri primo non corruptibilibus auro uel argento redẽ
pti eſtis de uana ueſtra conuerſatione paternæ traditionis : ſed præcioſo
ſanguine,quaſi agni immaculati Chriſti:ſine ſanguine enim non fit remiſ
ſio Ad Hebreos.10.ideo Apochal.1.legitur qui ſanguine ſuo lauit nos a
peccatis noſtris & fecit nos regnum eius hæc ſolent communiter Docto
res de hac forma ſcribere quæ ſic tamen ut in canone miſſe eſt : a nullo
Euangeliſtarum ponitu,unde Mattheus hanc formam ponit dicens. hic
enim eſt ſanguis meus noui teſtamenti qui pro multis effundetur in remiſ
ſionem peccatorum:Marcus uero dicit hic eſt ſanguis meus noui teſta-
menti qui pro multis effundetur.Lucas hic ẽ calix nouum teſtamentum
in meo ſanguine qui pro uobis fundetur: Paulus primo Ad Corinthios
undecimo hic eſt calix nouum teſtamentum in meo ſanguine:& poſtquã
declarati ſunt effectus in parte,forme declarationem breuibus appona-
mus:primus ergo terminus eſt pronomen hic & demoſtrat ſanguinem in
ratione potus unde ſenſus eſt hic ideſt ſanguis in potum traditus eſt ca
lix hic ſcilicet qui erit in fine conſecrationis eſt potus ſanguinis mei ſcili-
cet naturalis & ueri:& aĩaduerte quod alio ordine ſe hẽt hic ſanguis quã
ſe habeat in ſacramento corporis hic enĩ primo eſt ſanguis reaſſumptus
& corpori unitus ex ui conſecrationis ſecũdo eſt ibi corpus tertio anima
quarto diuinitas ordo autem iſte non eſt temporis ſed præſuppoſitionis
aliquid enim ut diximus antea dicitur eſſe in ſacramento duppliciter
uel ex ui conſecrationis. quod ſcilicet eſt per ſe terminus conuerſionis.
alio modo quia coniuntum ei quod eſt primo preſens & ſic concomitan-

Digitized by Google

ter,uerum eſſe concomitanter poteſt dupliciter ſumi: immediate ſcilicet & mediate:immediate erit illud quod per ſe & non per aliud eſt coniunctũ ei quod primo eſt in ſacramento ex ui conuerſionis & ſic ſub ſpeciebus panis erit anima humana ſub ſpeciebus uero ſanguinis erit corpus Chriſti inter cuius uenas ſanguis clauditur gratia uero animæ Chriſti cõcomitanter eſt in ſacramento & mediate,uerbum ergo quod eſt ratione corporis ſicut fuiſſet in triduo:ſi Petrus confeciſſet ſacramentum dicitur eſſe immediate in ſacramento concomitanter tamen:pater uero & ſpiritus ſanctus ſacramentaliter non uidentur eſſe etiam concomitanter:quia licet ſint conſubſtantiales filio:tñ filius in ratiõe ſuppoſiti ẽ in ſacrõ & ut ſic realiter diſtinguitur a patre & ſpiritu ſancto ſicut pater & ſpiritus ſanctus nullo modo dicuntur incarnati quia illa abſumptio terminatur ab ſuppoſitum & ad incõmunicabilem exiſtentiam quam ſubſiſtentiam uocamus uñ nõ multiplicãtes ſubſiſtentias propriam uocem ignorare uidentur:quia igitur uerbum eſt in ſacramento ratiõæ abſumpti corporis non uidetur quod aliæ perſonæ dicantur ibi eſſe:ſi tamen ſunt quod nõ teneo concomitanter erunt & mediate quia conſubſtantiales ei quod eſt immediate unitum corpori:primum ergo contentum in conſecratione ſanguinis eſt ſanguis non tamen extra uenas licet enim potus ſanguinis appelletur non tamen fluit per calicem ſed potius dicitur propter accidentia fluentia uini: & quia eadem quæ continentur in calice continentur ſub ſpeciebus panis licet alio ordine ſequitur quod unum ſit ſacramentum unitate integritatis & ordinationis utraq; enim ſigna ordinantur ad oſtendendam perfectam refectionem animæ per gratiam ſpiritualem habent uero unitatem primo ab inſtitutore qui inſtituit ut eſſent ſacramentum corporis & ſanguinis:ſecundo ab unitate finis in ſignificando ut inquit alexander par.quarta queſtio.trigeſimatertia articulo primo idem enim ſignificant ſcilicet immolationem chriſti per effuſionem ſanguinis unde primo Ad Corinthios undecimo quotieſcunq; panem hunc manducabitis & calicem bibetis mortem domini annunciabitis & Lucæ uigeſimoſecundo hoc facite in meam commemorationem habent ẽt unitatem ab unitate finis in efficiẽdo quia digne ſuſcepta Chriſtũ unum faciunt cum corpore eius miſtico:ſed redeamus ad declarãdam formã:ponitur ergo noui & eterni teſtamenti lex.n.Chriſti teſtm̃ eſt q̃d eternam hereditatẽ fratribus promiſit: ſi.n.nos frẽs fecit ergo & heretitatis participes confirmauit uero iſtud teſtm̃ per paſſionem eius: morte.n.teſtatoris roborat̃ teſtm̃ unde & eternũ eſt:quia ſemel Chr̃s oblatus reſurrexit imortalis cui mors amplius non dñabitur:dr̃ uero nouũ ad differentiam ueteris quod fuit ad tempus & non eternum: ſicut neq; eius

ſacerdotium: ſi quidem eternum Melchiſedech. Sacerdotium promittitur: neq; eternũ fœdus ſi quidem aliud promittitur Hieremiæ. 31. unde ad Hebreos. 8. dicendo nouum ueterauit prius quod autem antiquatur & ſeneſcit prope interitum eſt: non erit ergo eternum, nam ut inquit Apoſtolus in eadem Epiſtola. cap. vij. ſi conſumatio per ſacerdotium Leuiticum erat, populus enim ſub ipſo legem accepit quid adhuc neceſſarium fuit ſecundum ordinem Melchiſedech alium ſurgere ſacerdotem: & non ſecundum ordinem Aron dici, Traſlato enim ſacerdotio neceſſe eſt ut legis traſlatio fiat dicuntur hæc, ut dicit Apoſtolus de Chriſto qui nõ fuit de Tribu Leui ſed Iuda: ordo autem Melchiſedech: in eternum duraturus promittitur, & ſic Sacerdotes nouæ legis facti ſunt iure iurando, iurauit enim Dominus & non penitebit eum, tu es Sacerdos in eternum ſecundum ordinem Melchiſedech. & ſi ſacerdotium eternum. eterna erit lex: appoſitum eſt ergo noui & eterni teſtamenti ea ratione qua diximus: promiſſio quoque facta Chriſti fidelibus illum ſanguinẽ bibentibus eternum Teſtamentum poteſt appellari ut ſanguis ſit confirmator noui & eterni teſtamenti ideſt nouæ & eternæ, promiſſionis unde Io. 6. qui bibit meum ſanguinem uitam habebit eternam, nam ſi filij & heredes, heredes quidem dei, coheredes autem Chriſti Ad Rom. 8. noua autem & eterna hæc promiſſio eſt ideo nouum & eternum teſtamentum, quia uetus ſanguine hircorum erat confirmatum Exodi uigeſimoquarto iſtud uero ſanguine ueri agni immaculati & noui hominis & eterni eſt confirmatum: & hoc miſterium fuit fidei in ueteri lege ſub figuris uelatum: uel miſterium fidei quæ eſt de Chriſti corpore & ſanguine: quæ licet ſub ſpeciebus alienis contineantur ſignificant etiam unitatem fidelium per charitatem & gratiam: uel eſt fidei miſterium ideſt obiectum ſecretiſſimum ſola fide cognoſcibile: poſtea ponitur qui pro uobis & pro multis effundetur: iuſtificatio ponitur prædeſtinatorum per Chriſti ſanguinem: quia lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo Apochalipſis primo aditur etiam in remiſſionem peccatorum iuſta illud Ioan. primo ſanguis filij eius emundat nos ab omnibus peccatis: & Ad Colloſſenſes primo qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum & tranſtulit regnum filij dilectionis ſuæ in quo habemus redemptionem & remiſſionem peccatorum: ſanguine enim pœnæ omnia mundantur Ad Hebreos. 9. ad repræſentãdam uero hanc paſſionẽ & ſanguinis effuſionẽ: ſubdit quotienſcũq; feceritis &c. ut eſſet ſimul qđ heretici non itelligũt memoriale & uerbũ cibatoriũ aĩæ cũ reali exiſtentia corporis Chriſti & ſic habes quæ in cõſecrat õe ſanguinis ſunt dicenda in tanta tamen Euangeliſtarum uarietate uerborum, & Eccleſiarum conſuetudinum exiſtimandum eſt quod forma qua in conſecratio

ne ſanguinis Romana Eccleſia utitur ab Apoſtolis effluxerit,& primo á Chriſto nam Chriſti multa facta & dicta leguntur quæ tamen in Euangelio non continentur & forma noſtra non eſt eadem præciſe cum illa qua greci utuntur nec integre ponitur aut eodem modo ab aliquo Euangeliſtarum ut uidiſtis:ideo altius contemplare nam ſi aliqua forma ē a Chriſto inſtituta,cum nullus alius potuiſſet inſtituere ſacramentum aut formam ſacramenti,illa una fuit & non requirit ordinem niſi illum qui prætermiſſus ſenſum uariaret,ubi ergo idem ſentiant:ſacramenti effectus ſequatur:exiſtimare & credere opportet & unuſquiſq; ſequatur conſuetudinē ſuæ Eccleſiæ in hoc,accidentalis.ſ.& Græci & nemo preſumat quod ſit eruditus in determinando quæ ſit præciſe forma huius conſecratiōis ſed confidat in domino & in illa confidentia ſumat corpus domini & bibat eius ſanguinem.

Caput Sextum.

POſtquam declarata eſt forma tam uenerabilis ſacramenti,aperiendum nunc eſt quam uirtutē habet illa forma,licet.n.dubitatio hæc cōmunis ſit omnibus formis ſacramentorum,h.c tamen ſpecialis eſt d ffi cultas & tanto maior quanto gratia ſubſiſtens maior eſt gratia accidentali,quæ ſola eſt in ſacramētis alijs ab Euchariſtia, de hac uero difficultate me expediam ea breuitate quæ poſſibilis eſt in materia tam difficili nā in.4.ſ.ſi Domino placebit deligentius hanc materiam tractabo, ad hanc uero difficultatem dicunt egregij Doctores quod ſacramenta nouæ legis habent uirtutem aliquam cauſatiuam gratiæ,ad euidentiam autem opinionis eorum notandum quod cauſa efficiens poteſt dupliciter accipi ex parte effectus,uno modo pro cauſa diſponente que.ſ.inducit diſpoſitionem ad formam ultimam,alio modo pro cauſa que inducit effectum illū ultimum,ſimiliter dupliciter poteſt capi ex parte agentis,aliud.n.eſt agens principale quod.ſ.eſt mouens non motum aliud:inſtrumentale quod mouet motū in inſtrō uero duplex actio competit una per propriam naturam alia ut mouetur ab agente principali:actio uero iſtrumenti quando q; attingit ultimam formam quæ ab agente inducente inducitur: quādo q; uero non attingit,ſemper tamen quia inſtrumentum eſt attingit ultra illud quod attigeret actione ſibi conuenienti ratione ſuæ naturæ,deus ergo eſt qui iuſtificat & gratiam que eſt effectus principalis attingit : inſtrumenta uero ſunt ſacramenta quibus deus inſtituit medijs impium iuſtificare:modo aqua baptiſmi ſua natura abluit ut dei uero inſtrumentū non attingit formam ultimam quæ ſupranaturalis eſt, ſed diſpoſitionē quæ

ad effectum principalem diſponit ex lege,& ita dicunt quod forma con-
ſecrationis Euchariſtiæ non attingit ultimum terminum ſed diſpoſitio-
nem ad illum ad quam effectiue cōcurrit & inſtrumentaliter unde uirtus
illa quæ eſt in forma conſecrationis non habet eſſe fixum ſed dum moue
tur a principali agente:ſed hæc opinio licet ſit probabilis & egregios ha
beat fautores mihi tamen non placet,primo quia diſpoſitio illa quæ ſecū
dum eos ad gratiam,gratum facientem neceſſitat in inſtanti introducitur
ergo ſacramenta non poſſunt ad illam attingere diſpoſitionem,cōſequen
tia probatur,quia antecedens ab illis conceditur.nam multa uerba requi
runtur in ſacramentis uerba autem non poſſunt habere eſſe in inſtanti,er
go neq; agere quia quando non ſunt non poteſt eſſe uirtus in illis ſiue p
manenter ſiue non ſubiectiue recipiatur:prætera ſecundum illos quando
inſtrumentum habet actionem excedentem ſuam naturam habet etiam
actionem propriam ſed in inſtanti non poſſunt habere actionem ꝓpriā
ſicuti neq; eſſe ergo neq; ſuper naturalē:ſi uero dicant quod ultima ſilla-
barum unius orationis ſacramentalis habet eſſe in inſtanti,iſtud inq̄ eſt fi
ctio quia non poteſt formari una ſillaba ſine motu locali,hic autem impo
ſibilis ponitur in uno inſtanti:præterea illa ſola eſſet ſacramentum quia
illa ſola cauſaret diſpoſitionē neceſſitantem ad gratiam quæ eſt ultimus
terminus:neq; p̄t dici quod ultima ſillaba cauſat in uirtute precedētium:
primo quia quando ultimus effectus & ultima diſpoſitio ſunt in inſtanti,
ultima ſillaba non eſt que neceſſario eſt in tempore,ſecūdo ultima in uir
tute precedentium non poſſet aliquid cauſare niſi aliquid fuiſſet dereli-
ctum a precedentibus,ſicut dicitur octauo Phiſicorum de ultima gutta
quæ cauat lapidem:quia guttæ precedentes aliquam diſpoſitionem reli-
querunt,ad illum effectum ad quem ultima gutta non attingeret ſi aliæ p̄
us cadentes diſpoſitionem non attigiſſent : modo ſillabæ precedētes quā
diſpoſititionem attingant iſti dicanr,ab iſtam uero rationē fautores opi
nionis reſpōdent cōcedentes qđ diſpoſitio cauſat in iſtanti & quod ſicut
oro ꝓlata in ultimo inſtanti prolationis ſuæ cauſat perfectam ſignifica
tionem ſui in animo,ſiue in illo inſtanti permaneat aliqua pars diuiſibilis
ſoni ſiue aliquod indiuiſibile ſe habens ad totum ſonum ſicut mutatū eſ-
ſe ad motum uel inſtans ad tempus ut nō ſit pars totius ſucceſſiui ſed ter
minus intrinſecus quomodocunq; ſit in illo inſtanti datur uirtus orationi
& actio reſpectus ad quam inſtrumētaliter attingit & ſic ſillaba habet ſe-
cundum aliquid ſui diuiſibile uel indiuiſibile eſſe in inſtanti hæc iſte in.4.
.ſ.quæ non placent:primo quia quod imaginatur de oratione cauſante ī
animo conceptum neq; uerum eſt neq; ad propoſitum.nam uno latine lo
quente uulgaris non intelligit,non ergo oro cauſat conceptum,ſed conce

ptus

ptus prius cauſatos excitat & in fine orationis intellectus cõponit & iudicat de ueritate & falſitate, præterea iſta oratio homo eſt animal habet cõceptum totalem qui habet plures conceptus partiales inuicem ordinatos & primo cauſatur uel excitatur conceptus ſimplex ſubiecti poſtea uerbi poſtea predicati, & ex illis animus concipit totam propoſitionẽ, ſed oratio ſacramentalis dum profertur quid cauſat in re nõ uideo, & ſi effectus eorum ut inſtrumentaliter agunt in inſtanti cauſatur quid faciunt præcedentia uerba cum nihil omnio cauſent: præterea uirtus eorum aut eſt diuiſibilis aut eſt indiuiſibilis, ſi eſt diuiſibilis ſicut ſubiectum diuiſibile ſtatim quod ſubiectum nõ eſt neqꝫ uirtus erit & ita ſicut deſinunt partes orationis deſinunt partes uirtutis que tamen nihil fecerunt cum uſqꝫ ad inſtãs in quo eſt diſpoſitio nihil omnino innouetur: ſi eſt uirtus indiuiſibilis ergo habet ſubiectum indiuiſibile & quod erit illud dicant: præterea cum inſtans eſt in quo ponitur effectus eorum ut inſtrumentaliter agunt illa non ſunt non enim datur ultimum eſſe prolationis uerborũ ſed bene primum non eſſe & quando illa non ſunt effectus eſt neqꝫ ualet dicere quod fuerunt ſicut poteſt dici de introductione formæ & generatione præcedẽte genitum, n. eẽ ſupponit generari continuo autem generatur aliquid inducendo & corrumpendo non. n. deſinunt partes ſeminis corrũpi & partes hominis generari, ſimiliter mutatũ eẽ præſupponit moueri ſed cũ eſt eſſe iſtius effectus in inſtanti quando ponitur, prolatio ultimæ ſillabæ non eſt, ergo uerba pro tunc nihil faciunt & ante illud inſtans nullam diſpoſitionem fecerunt: quid eſt etiam quod dicunt ꝙ remanet ſillaba ultia in ultimo inſtanti ſecundum aliquid ſui quod eſt iſtud ſui nõ diuiſibile qꝫ daretur ultimum eſſe prolationis uerborum: non indiuiſibile quia querat̃ qd ẽ iſtud ẽ ne illa diſpoſitio & ſic nihil dicunt qđ per diſpoſitionẽ efficiat eandem diſpoſitionem ſi eſt aliud a diſpoſitione ubi eſt erit ne in aere aut in uerbis quæ non ſunt, præterea prima ſillaba habet uirtutem illam uel non habet, ſi habet uel totam ut puta ſi fuerit indiuiſibilis ſi nõ habet & ſola ultima habet: primo non oportet ſic dicere quia neqꝫ ultima ſillaba eſt quando effectus eſt, præterea prima ad quid ponitur pars forme ſacramentalis ſi in illa non eſt pars uirtutis aut tota quæ dat eficatiam ſacramento, ſi habet partem uel producit effectum uel non, ſi non producit fruſtra ponitur ſi producit uel ante illud inſtans quãdo ultima ſillaba ſecundũ eos producit uel in eodẽ inſtanti, ſi ante uel aliam diſpoſitionẽ & hoc non quia ſecundum illos non eſt multiplicanda diſpoſitio & querẽdum eſſet ſi eſſet eiuſdem rationis uel alterius & omni ex parte ſequerent̃ ad eos inconuenientia ſi in illo inſtanti ergo res cauſet quando non ẽ neqꝫ poteſt dici ſufficit feciſſe quia quid fecerint iſti non oſtendũt neqꝫ oppo-

tet recurrere ad animum audientis quia nihil in hoc ſibi comune eſt cum
Chriſti corpore. Secundo principaliter arguitur in eo ſacramento quod
principaliter intendimus, uerba conſecrationis corporis Chriſti non attĩ
gunt tranſubſtantiationem: quia ſola uirtute infinita attingitur ſed dice
tur ab iſtis ſicut de facto dicunt in. 4. ſ. q̃d in iſta trãſubſtantiatione duo
conſiderare opportet terminum. ſ. ad quem qui ẽ corpus Chriſti præsẽs
& terminum a quo qui ẽ ſubſtantia panis: licet ergo forma conſecrationis
non habeat eficatiam circa terminum ad quem habet tamen circa termi
num a quo & ita intelligitur diſpoſitionem inſtrumentaliter attingere, at
tingũt. n. panem non cauſando aliquam diſpoſitionem in pane ſed pri⸗
uatiue agendo in deſitionem panis ita q̃d uirtute eorũ deſinit eſſe panis
ſed contra eadem actiõe qua fit receſſus a termino a quo fit acceſſus ad
terminum ad quem præſertim ubi terminus nõ eſt inducibilis niſi per ex
pulſionem termini a quo ut aſſerunt iſti in hoc ſacramento tantopere
conuerſionem celebrantes ſed uirtute uerborum fit receſſus a termino a
quo ergo uirtute eorum fit acceſſus ad terminum ad quem, præterea uir⸗
tus creata ageret ad anihilandum panem preſertim cum ſecundum iſtos
non ſaluetur quod panis nõ anihiletur niſi propter ſubſtantiam corpo⸗
ris Chriſti ad quam tranſubſtantiatio terminatur, ſi ergo actio eorum ter
minatur ad non eſſe panis: & illa nõ attingit eſſe corporis Chriſti illa erit
anihilatio panis: quia alia actiõe eſt nõ eſſe panis alia eſſe corporis Chri⸗
ſti & ita creatura inſtrumentaliter aget ut aliquid deſinat eſſe ſecundum
materiam & formam, & ita anihiletur & cum anihilare nihil aliud ſit q̃
Deum ſubtrahere influxum ſuum. uirtus creata poterit inſtrumentaliter
agere ut Deus ſubtrahat eſſe quod libere tamen comunicat, præterea iſta
actio uerborum aut eſt in eodem inſtanti quando Deus agit ad terminũ
ad quem aut in alio, ſi in alio inſtanti cum inter quælibet duo inſtãtia me
di et tempus erit tempus in quo non erit ſubſtantia panis neq; corpus
Chriſti, ſi uero actio fuerit in eodem inſtanti aut eſt in ſubſtãtia panis aut
in alio ſi in ſubſtantia panis ergo in illo inſtanti ponit᷑ ſubſtantia panis
ſi erit in corpore Chriſti ergo forma ſacramentalis attingit terminum ad
quem ſed dicunt fautores opiniõis q̃d forma ſacramentalis diſponit, di⸗
ſpoſitio uero quam attingit eſt in termino a quo non introducendo aliq̃d
in illo ſed ad non eſſe panis agendo & tunc dicunt ad oppoſita quod ea
dem actione qua receditur a termino a quo acceditur ad terminum ad
quem diſponendo aut inducendo modo actio inſtrumentalis formæ con
ſecrationis diſponendo agit ad terminum ad quem ad id quod ſequitur
de anihilatione dicunt quod uerba ſacramẽtalia non agunt ad non eſſe
panis ſub ſpeciebus hoc autem nõ tranſcendit attiuitatem naturæ: item

dato

Digitized by Google

dato quod agerent ad deſitionem formæ ſubſtantialis propter hoc tamẽ non agunt ad anihilationem: & dicunt quod non credunt quod agant ad deſitionem materiæ quia ſolus Deus poteſt hoc, agunt tamen ut quælibet pars eſſentialis panis non ſit ſub ſpeciebus, dicũt ulterius quod actio quæ eſt habitudo agentis ẽ in forma ſacramentali, forma uero ẽ quæ per talem actionem abijcitur & ſubiecto, cui attribuatur non .n. iget. Hæc Io. Toloſanus pro defenſione .d. ſancti, ſed hæc quæ iſte dicit difficultatem non euacuant: Quia actio eorum ſi eſt ad non eſſe panis licet ad hoc dei liberalitate ſequatur eſſe corpus chriſti hic: alia tamen actione ſequitur & per liberum dei donum, pono ergo quod Deus non concurrat ad illũ effectum ergo creatura inſtrumentaliter ſaltem adnihilat, & ubi etiam ſequatur actio Dei ſunt tamen actiones diſtinctæ ſicut & diſtincti ſunt termini, & ita actio conueniens formæ ſacramentali: ut intra terminos ſuos ſiſtit erit anihilatio quia una eſt ab eſſe panis ad non eſſe panis alia a non eſſe corporis Chriſti hic ad eſſe corporis Chriſti hic: ſed dicunt iſti nõ agit ad nõ eſſe panis abſolute, ſed ad non eſſe formæ ſubſtantialis quod creaturæ actiuitatẽ non tranſcendit & ad hoc ſua uirtus inſtrumentalis ſe extẽdit ad quod ſua naturali potentia non attingeret: ſed cõtra ponatur quod deus non agat in terminum ad quem: tunc ages naturale inſtrumẽtaliter aget ut materia ſit ſine forma quod tamen ſecundum eos eſt impoſſibile, ulterius quia eſſe materiæ eſt effectus formalis formæ ſecundum eos ſi forma ſacramentalis agit ad non eſſe formæ ſubſtantialis & aliam formam non ualet introducere conſequentia neceſſaria materia anihilatur, tunc arguitur quicquid agit inſtrumentaliter ad non eſſe alicuius ad quod ſequitur neceſſario anihilatio alterius inſtrumentaliter agit ad anihilationem ipſius, ſed actio formæ ſacramentalis agit ad non eſſe formæ ſubſtantialis ad quod ſequitur anihilatio materiæ aut erit materia ſine forma: ergo creatura poteſt inſtrumentaliter agere ad anihilationem & pari ratione ad creationem quod utrumque negant, quod uero dicunt quod agit ad deſitionem panis ſub ſpeciebus quæro ſi deſinit eſſe panis quia deſinit eẽ ſub ſpeciebus uel quia in Chriſti corpus conuertitur: uel quia anihilatur, hoc ultimum audire non patiuntur de quo tamen erit ſpeciale capitulum. Si deſinit eſſe quia deſinit eſſe ſub ſpeciebus licet principaliter ſacramentalis actio ſit diſpoſitiua ad non eſſe panis ſub ſpeciebus: quia tamen ad hoc ſequitur nõ eẽ eius ſimpliciter omnino actio eius erit anihilatio & poterunt uerba fingere ſed ſententiam non peruertent, ſi .n. ad non eẽ ſub ſpeciebus de facto ſequitur non eſſe ſimpliciter eadem actione qua deſinit eẽ ſub ſpeciebus deſinit eſſe ſimpliciter, & ſic creatura omnino inſtrumentaliter anihilabit præſertim ubi Deus ad terminum ad quem non concurreret: ſi uero non

eſſe panis ſit abſolute propter eſſe corporis Chriſti hic unde uolunt ſalua
re quod panis non anihilatur quia in chriſti ſubſtantiam conuertitur. ut
ſicut primum eſſe luminis eſt primum non eſſe tenebre & primum eē cor
poris Chriſti ſit primũ nō eē panis tunc non uidetur quod conuerſio pa
nis ſit neceſſaria ad eſſe corporis Chriſti hic ut illi dicũt ſed potius quod
hoc ſequatur ad illud tanq̃ formalis effectus ſicut ponunt de remotione
culpæ & infuſione gratiæ: præterea ſi actione qua corpus Chriſti eſt præ
ſens ſubſtantia panis non eſt, eadem actione qua deſinit eſſe panis deſinit
eſſe ſub illis accidentibus quia fictio mera eſt dicere quod actione creatu-
ræ inſtrumentali deſinat panis eſſe ſub ſpeciebus diuina autem actione
qua corpus Chriſti ſit præſens deſinit eſſe panis abſolute ad quid ſine ne
ceſſitate multiplicas actiones non ne ea actione qua deſinit eſſe panis ſa-
tis eſſe deſinit ſub ſpeciebus panis: præterea non deſinit eſſe panis ꝓpter
eſſe corporis Chriſti ſed propter eſſe hic ponitur panis non eſſe hic, & cō
ſequenter non eſſe panis ea actione qua corpus Chriſti eſt hic, negatur ue
ro ab iſtis quod ſit anihilatio quia terminus ad quem eſt corpus Chriſti,
ergo panis deſinit eſſe & deſinit eſſe hic eadem actione qua corpus Chri-
ſti eſt hic, & ſi res ita ſe habet quomodo conceditur formæ conſecrationis
uirtus expellendi formam ſubſtantialem: ſi ea actione qua corpus Chriſti
eſt hic, panis deſinit eſſe hic ſecũdum omnes eius partes eſſentiales & cō-
ſequenter deſinit eſſe ſimpliciter: & mirum eſt quod alia actione deſinat
eſſe ſimpliciter & alia deſinat eſſe hic quaſi uirtus quæ potens eſt ad pri-
mum non ita bene poſſit in ſecũdum nō contradicendo, ergo alicui deter
minationi eccleſiæ, ſed diſputando quantum cōuinci poteſt ex ſacra ſcri
ptura & rationibus Theologorum uiſa opinione iſtorum & confutata ſu
per eſt opinionem ponere quæ antiqua eſt & magis ſine calumnia qđ .ſ.
in ſacramentis non eſt aliqua uirtus que ſit cauſatiua gratiæ aut charatte
ris uel cuiuſcunq; diſpoſitiōis: nulla.n. neceſſitas aut ſacræ ſcripturæ au-
ctoritas cogit nos ponere talem uirtutem in ſacramentis, ſed ſufficit no-
bis ponere quod ſit cauſa ſine qua non quia diuino patto factum eſt, ut
q̄ recipit ſacramentũ, gratiam recipiat ita quod ſacramẽtum non cauſat
diſpoſitionem ad gratiam ſed ipſum met ſacramentum recipienti diſpo
ſitio eſt ad gratiam & iſto modo dicuntur cauſa gratiæ nam & merita di-
ci ſolent cauſa præmij non tamen cauſant aliquam diſpoſitionem mediā
inter illa & premia: ſed ipſa met merita ſunt dipoſitio ad premium, ita ip
ſa met ſacramenta ſunt diſpoſitio ad gratiam & ita non multiplicamus
uirtutes neq; aliquem defectum ponimus: ſimiliter motus cauſa termini
ponitur, & tamen nullam habet actionem ſuper terminum neq; ſuper ali
quam diſpoſitionem ſed ille met motus eſt diſpoſitio ad quam ſequitur

terminus introductus ab agente:immo in carne Chriſti non eſt neceſſari
um aliquam uirtutem fateri quæ effectiue concurreret ad miracula: nam
& in alijs a Chriſto uiſum eſt ad tattum mortui ſuſcitari mortuos & in
umbra aliorum fieri quoq; miracula:& ad tattum ueſtium: ſacramentum
itaq; non cauſat diſpoſitionem:ſed illud eſt diſpoſitio prior ad gratiam
ordinata:neq; eſt in illo aliqua uirtus effectiua ſed eſt tantum uirtus quæ
eſt ultimum potentiæ ſigni prattici & eſt quod efficaciter ideſt certitudi-
naliter ſignificat ex diuina tamen pactione & ita in conſecratione corpo
ris chriſti & ſanguinis non eſt aliqua uirtus inherens:quæ operetur non eſ
ſe panis:uel non eſſe formæ ſubſtantialis:uel non eſſe Partium ſubſtantia
lium ſub his accidentibus:ſed tantum eſt ſignum efficax quod ad prola-
tionem uerborum miniſtri idonei ſuper debitam materiam deus concur-
rit:& in inſtanti terminatiuo prolationis extrinſeco:corpus chriſti fit præ
ſens ſpeciebus panis & ſanguis præſens ſpeciebus uini : neq; hæc opinio
contradicit ſanctis uolentibus ponere differentiam inter ſacramenta no-
uæ legis & ſacramenta ueteris:non enim differunt quia ſactamenta nouæ
legis efficiunt quod figurant nam & circuncisio quæ erat ante legem &
ſub lege efficiebat quod figurabat:ſed differunt quia omnia ſacramenta
nouæ legis efficiunt quod ſignificant non ſic illa legis ueteris nūc.n. tem-
pus plenitudinis eſt iuxta illud Ioan. 1 .& de plenitudine eius omnes ac-
cepimus in ſacramentis ergo nouæ legis omnibus & affluentius gratia
infunditur & quæ introducit ad uitam eternam iuxta ſermonem domi-
ni Ioan. 4. de aqua ſaliente ad uitam eternam ad quam non introduce-
bat gratia quæ erat in patribus : quia nondum erat ſolutum præcium :
nūc ergo plenitudo eſt temporis:neq; eſt Aug. Intentio quod in aqua ba
ptiſmi ſit aliqua inherēs uirtus ſed ſola diuina uoluntas eſt ibi ex patro
aſſiſtens:neq; Beda qui in Homelia ſua ſuper illud Ioannis decimo uenit
a galilea in iordanem:ponit illam magnam uirtutem in aqua ex conta-
ctu ſui glorioſiſſimi corporis:horum conſentit opinioni , ſed intelligit de
baptiſmo Chriſti in quo caro Chriſti tangens aquam:fuit ſignum quod
per Chriſtum effectiue inquantum deus : & meritorie inquantum homo
baptiſmus inſtitutus eſſet ſacramentum ſpiritualis generationis quæ per
aquam fit & per uerba tanquā per ſacramenta & per deum cauſantem
quicquid ad ſpiritualem generationem pertinet ſolus enim deus poteſt
dicere:remittuntur tibi peccata tua & ſi iſto modo non intelligit:illum tā
quā fautorem opinionis oppoſite negamus.

Caput Septimum.

VIſa efficacia formæ conſecrationis ſacramenti euchariſtiæ: determinandum nunc eſt de termino ad quem eſt tranſubſtantiatio: & eſt quorundam Theologorum ſentẽtia quod ex ui ſacramenti continetur in euchariſtia anima rationalis inquantum dat eſſe corporeum: quia in homine non eſt aliqua forma ſubſtantialis præter animam rationalẽ quæ dat eſſe hominem, eſſe corpus & eſſe ſubſtantiam, quia licet ſecundũ eos forma ſubſtantialis ſit in re una ſimpliciter tamen eſt principium illimitatum uirtualiter continens plures formas quæ eſſent natæ eſſe principiũ plurium operationum: ideo forma una ſimpliciter poteſt in omnes illas operationes & huic opinioni uidetur conſentire Ariſto. in. 2. de anima. t. 31. ubi uult quod uegetatiuum contineatur in ſenſitiuo ſicut trigonum in tetragono: ꝓbant uero iſtam opinionẽ multipliciter & in Meth. recolo hanc materiam diffuſe ſcripſiſſe: nunc uero perſtringam quæ difficilia magis uidentur: primo ergo dicunt quod ſi plures eſſent formæ ſubſtantiales in eodem ſubiecto: omnis forma poſt primam eſſet accidens: conſequentia probatur quia ſubſtantialis forma aduenit enti in potentia: accidentalis uero enti in actu: quod ſi dicas primam formam incompletam eſſe ideo non oportere ut poſterior ſit accidens: contra quia Auerroys a quo iſtam rationem acceperunt primo Phyſicorum contra Auicenam diſputat ubi uult probare quod nulla forma ſubſtantialis eſt de eſſentia materiæ primæ quia omnis forma aduenien materiæ eſſet accidens: modo illa forma quæ poneretur ad eſſentiam materiæ pertinere: cui dubium quod imperfecta eſſet & incompleta: præterea Ariſtó. primo de generatione diſputat cõtra antiquos quod ſi elementũ eſſet materiale principium in generatione ſubſtantiali omnis generatio ſubſtantialis eſſet alteratio modo alteratio ad accidẽs eſt: generatio ergo quæ fieret Materiali principio exiſtente elemento terminaretur ad accidens: & tñ forma illius elementi eſſet incõpleta: ergo quod aduenit actui incõpleto ſubſtantiali tñ eſt accidens: ſecundo principaliter arguunt ſupponentes pro uero qđ dicit Ariſt. primo de generatione ſcilicet qđ generatio unius eſt corruptio alterius & econuerſo modo dicũt iſti ſi plures eſſent formæ in homine non eſſet propoſitio uera: quia cum corrumperetur homo: nihil de nouo generaretur ſed remaneret illud quod erat prius: tertio arguunt: ſi plures eſſent formæ in eodem ergo omnes antecedentes ultimam ſunt fruſtra modo natura nihil facit fruſtra: conſequentia probatur: quia ſi uegetatiuum uirtualiter continetur in ſenſitiuo ſenſitiuum in intellectiuo hoc poterit exire in opera eorum ad quid ergo multipli-

cas

cas eſſentias : præterea data opinione ſequeretur quod irrationale fieret rationale conſequentia probatur: quia ſenſitiua in homine quæ prior eſt anima intellectiua dat eſſe ſenſitiuum & non rationale, ergo irrationale, ſed illud poſtea per rationale perficitur. ¶ Præterea iſtæ diuerſæ formæ uel educerentur a materia ſecundum diuerſas potentias uel ſecundũ eandem, ſi ſecundum eandem contra potentia eadem ergo attus idem ſecundum illud principium Ariſtote. tertio Phiſicorum ſi poſſe egrotari & poſſe ſanari ſunt idem: egritudo & ſanitas erit idem: ſi erunt diuerſæ potentiæ contra iſtæ potentiæ inter ſe nullum haberent ordinem eſſentialem ergo neq; formæ. ¶ Item dicunt iſti data opinione ſequeretur quod in corporibus daretur aliquid igne ſimplicius nã in igne eſſet forma corporis dans eſſe corpus materiæ : eſſet forma ignis quæ ſupponens eſſe corporis conſtituit in eſſe ignis, compoſitum ergo ex materia & forma illa corporis eſſet & prius & ſimplicius: hæc iſti & alia quæ in meth. tractari ſolent & debent: Sed iſtorum opinio neq; Phiſicis principijs neq; Theologicis conuenire uidetur: primo autem iſtud probatur quia nullum accidens abſolutum præſertim & terminatum fundatur immediate in materia prima ſed in compoſito ex materia & forma aliqua ſubſtantiali : ſed eadem accidentia abſoluta & terminata ſunt in animali uiuo & mortuo ergo aliqua forma ſubſtantialis eadem eſt in animali uiuo & mortuo: & non eſt anima ergo aliqua alia forma ſubſtantialis quæ præfuit in uiuente: quia niſi eſſet eadem forma non eſſet idem ſubiectum: & conſequenter non eſſet idem accidens: ſed dicunt iſti non ſunt eadem accidentia in animali uiuo & mortuo : ſed ſimilia quæ conſequuntur aliquam formam de nouo genitam: ſed contra agens non generat aliquid de accidentibus niſi ut conſequuntur formam genitam quantum enim dat de forma tantum dat de conſequentibus formam: corrumpens: ergo non intendit accidentia corrumpendæ formæ conuenientia conſeruare: ſed nouam formam inducere aut educere & accidentia conſequentia illam: ſed non omnia corrumpentia, ſunt eiuſdem rationis neq; eandem formam generare intendunt: ergo neq; eadem accidentia: Quomodo ergo ſemper erunt eadem uel ſimilia in actionibus ita diuerſis & prouenientibus a contrarijs cauſis: neq; oportet recurrere ad diſpoſitiones præcedentes in ſubiecto : quia nihil eorum remanet: neq; aliquid idem numero ſecundum eorũ ſententiam: præterea dicant iſti ſecundum principia naturalia: ponatur qđ homo moriatur in niue : certum eſt quod a cauſa frigida moritur : & antequam moriatur ſuo pedi approximetur ignis calefaciens pedem : qui ignis remoueatur ante inſtans primi non eſſe : ille calor qui in pede remanet : uel erit idem numero : uel non, i. ſi erit idem numero :

ergo & ſubiectum idem numero ut illi fatentur, ſed ſecundum eos ſubiectum eſt compoſitum ex materia & forma ſubſtantiali ergo aliqua forma ſubſtantialis remanſit eadem numero in animali uiuo & mortuo: ſi uero non fuerit idem numero ille calor, qui eſt in animali mortuo, a quo generatur non enim erit effectus ſine cauſa efficiente: non generatur a niue quia nõ poteſt unum contrarium generari a ſuo contrario, dices quod generatur a diſpoſitione ſubiecti: ſed ego quæro de efficiente: præterea ſubiectum non remanſit neq; aliquid in ſubiecto idem: ergo calor qui fuit introductus ab igne deſijt eſſe: iſte calor ordine generationis non inſequitur formam cadaueris introductam a niue neq; ordine generantis: unde ergo ſit aut in quo ſit illi oſtendant. ❡ Præterea probabiliter arguitur ab his qui ſequuntur Auerroym qđ data opinione iſtorum ſequeretur quod homo non uere corrumperetur conſequens eſt falſum ergo & antecedens conſequentia probatur ſupponendo primo ex. 7. meth. quod licet cõpoſitum ſit quod corrumpatur: ut quod terminus alius formalis corruptionis eſt, qui ut quo uocatur: tunc uidetur conſequentia neceſſaria: quia ſi in homine eſt ſola anima intellectiua: & per iſtos & ſecundum ueritatem remaneret poſt mortem, quæro de termino formali corruptionis hominis uel erit anima intellectiua uel alia forma ſubſtantialis: ſi alia habetur intentum dicunt iſti quod terminus formalis non eſt anima rationalis ſecundum ſubſtantiam ſed ſecundum informare ita quod deſinit informare non deſinit ſcđm eſſe quod præclari qđã philoſophi itelligũt in tractatu de immortalitate cum dicunt quod non remanet anima ut anima ſed res quæ eſt anima, ſed iſtud inquam nihil ẽ: quia ſequitur quod terminus formalis eſſet accidens: ita quod corruptio ſubſtãtialis hominis terminaretur ad accidens tanquã ad terminum formalem & ſic ab alteratione non differret: nam unio uel communicare eſſe non dicit eſſentiam animæ quia ſeparata corrumperetur ergo dicit aliquid ſuperadditum eſſentiæ animæ: præterea ſecundum iſtos idem eſſe eſt anime ſeparate & totius ita qđ forma habet idẽ eſſe cũ toto, ſed anima intellectiua remanet in ſuo eſſe: ergo eſſe totius qđ eſt idem illi remanet: quid ergo ſubſtantialiter corrũpitur in rõne exiſtentis & termini formalis: præterea embrio prius uiuit uita plantæ quã ſenſitiua ſcđm Ariſt. 16. de aĩalibus: quæro ergo ſi forma ſubſtãtialis præcedẽs: quæ diſponit ad formã generandã: remanet cum forma genita uel corrumpitur, ſi remanet habetur intentum: at iſti dicunt uniuerſaliter: quod oĩs diſpoſitio præcedens ſiue ſubſtãtialis ſiue accidẽtalis corrumpitur ita quod primum eſſe formæ genitæ eſt primũ non eſſe diſpoſitionum præcedentium: ſed iſtud omnino falſum conuincitur: ſupponendo primo quod forma quæ eſt diſpoſitio ultima pro forma

ma generanda:eſt incompoſſibilis formæ corrumpendæ:aliter forma eſ-
ſet in materia cum diſpoſitionibus omnino repugnantibus:& ſine ſuis ac
cidentibus:& ignis frigefaceret:& hoc ſuppoſitum illi cōcedunt:tunc eri
gatur ratio iſta:ultima diſpoſitio aut eſt in eodem inſtanti in quo eſt for-
ma genita aut in alio & alio:ſi in alio & alio cum inter quælibet duo in-
ſtantia mediet tempus ergo tempore inter medio materia ſine forma ſub
ſtantiali,quia non eſt cum forma quæ ponitur corrūpenda quia illi eſt in
compoſſibilis ultima diſpoſitio,neq; eſt cum forma generanda quæ erit
in inſtanti terminatiuo illius temporis:& ſic erit materia ſine forma ſub-
ſtantiali quod iſti reputant impoſſibile:ſi uero ultima diſpoſitio ſit in eo-
dem inſtanti contra uel ultima diſpoſitio erit natura & origine prior for-
ma genita uel poſterior:ſi prior & non eſt in materia niſi mediante aliqua
forma ſubſtantiali ergo in eodem inſtanti temporis ſimul cum forma ge-
nita erit aliqua forma ſubſtantialis qua mediante ultima diſpoſitio eſt in
materia:ſi uero eſt forma generanda poſterior ergo non eſt diſpoſitio
pro introductione formæ quia formam ſequitur introductam: ulterius al
teratio quæ generationem præcedit eſſe ſine termino non enim poteſt eſ-
ſe terminus eius Intrinſecus forma ſubſtantialis:quæ non eſt eiuſdem ra
tionis cum alteratione:neq; cum termino eius : neq; poteſt eſſe terminus
eius alterationis forma accidentalis quæ eſt forma genita poſterior: quia
in quocunq; eſt mutatio eſt terminus mutationis intrinſecus:motus enim
eſt actus & profectio mobilis per quem mouens intendit perficere ipſum
mobile:ſed talis forma accidentalis quæ ſequitur formam ſubſtantialem
genitam non eſt in eodem ſubiecto ſed ſimpliciter diuerſo ab eo in quo
facta eſt alteratio ſecundum eorum ſententiam:iſti uero dicunt ad ratio
nem iſtam principalem quod in quocunq; inſtanti eſt ultima forma geni
ta deſinit eſſe ultima forma diſponens:ſed quæritur ab iſtis quando pri-
mo eſt ultima forma diſponens:ſi eſt in alio inſtanti tpe inter medio in-
ter illud inſtans:& inſtans formæ genitæ omnino erit materia ſine forma
ſubſtantiali:& conſequenter ſine accidentibus ſaltē terminatis & abſolu-
tis ex qbus tñ conſtat diſpoſitio:ſi eſt in eodē inſtāti ergo in illo inſtanti ꝓ
mo eſt ultia diſpoſitio ergo in illo inſtanti eſt:& quia primum eſſe formæ
genitæ eſt primum non eſſe formæ diſponentis in illo inſtant i erit primū
non eſſe ultimæ diſpoſitionis:ergo non eſt,ergo in illo inſtanti in quo for
ma genita introducitur,ultima diſpoſitio eſt,quia primo tunc eſt , & non
eſt:quia primo non eſt:quid enim iſti intelligunt in hac materia per pri-
mum non eſſe ſi intelligunt quod nunc eſt & immediate poſt hoc nō erit
Iam haberemus intentum:uel nunc non eſt & immediate antea erat er-
go in illo inſtanti primo non eſt & tamen ponitur primo eſſe , ideſt nunc

eſt:& animaduerte quod illi fatentur ueritate coatti ultimam diſpoſitionem fieri in inſtanti. ſit ergo ultima diſpoſitio pro forma generanda caliditas, ut quatuor ſint introducti tres gradus caliditatis, & quæratur quãdo primo eſt quartus gradus caliditatis: ſi ante inſtans introductionis formæ cum ille gradus ſit incompoſſibilis formæ corrumpendæ erit materia ſine forma: ergo introducitur in eodem inſtanti ergo in illo inſtanti eſt ultima diſpoſitio quæ primo non eſt ſecundum eos: ergo in eodem inſtanti eſt & non eſt & ſimiliter illi tres gradus præcedentes remanent idẽ numero & ſunt partes diſpoſitionis ultimæ quæ origine prior eſt forma genita: ergo in genito & corrupto remanet idem accidens diſpoſitio enĩ ſecundum illos ad aliquem gradum terminatur ad quem neceſſario conſequitur forma generanda: ergo in eodem inſtanti erit ultimus ille gradus & forma genita quæ tamen ſecundum eos eſt primum non eſſe ultimæ diſpoſitionis: ulterius quod falſa ſit eorum opinio ex dictis Ariſto. probatur eſt enim in illius doctrina in primo de generatione famoſum quod in habentibus ſimbolum facilior eſt tranſitus & quod ſi ſiccitas ignis corrumpitur: quod remanet aer eſt: ergo qualitas ſimbola eſt eadem in genito & corrupto: ſed dicunt quod non eſt eadem: ſed ſimilis & facilior eſt tranſitus propter hoc quod una tantum contrarietas & ſecundum unam qualitatem tantum quæ eſt illius contrarietatis extremum: eſt actio: ſed hoc quod iſti dicunt facilitatem tranſitus non ſaluat nam eadẽ facilitate ignis agit in aerem per ſiccitatẽ in humiditatẽ uel econtra ſicut agit in aquam per caliditatem & ſiccitatem nam ita duo contraria agũt in reliqua duo cõtraria & æquali facilitate qua unum contrarium agit in reliquum: unde eadem facilitate ignis aquam corrumperet ſicut aerem, quia ſi agit in elementum quod duabus qualitatibus reſiſtit agit etiam per duas qualitates: præterea ſi uera eſſet opinio iſtoꝝ in iſtãti in quo forma itroducitꝰ materia nõ eẽt poſitiue magis diſpoſita ad formã genitã q̃ ad aliam formam quod eſt falſum quia agens ſupponit materiam diſpoſitam & magis inclinatam ad unam formam q̃ ad aliam, ſi debet determinatam formam educere de potentia paſſi, quod ſi dicant quod determinata forma educitur propter preſentiam agentis & materiæ contrarium non habentis: contra ſi diuina potentia uel naturali fieret in illo inſtãti aliud agens preſens & equalis potentiæ in illa materia in qua poſitiue nulla eſt diſpoſitio, aut erunt duæ formæ ſubſtantiales quod non concedunt aut nulla & ſic materia ſine forma quia non uidetur cur debeat eſſe magis una q̃ altera cum materia nuda ſupponatur: & licet ãtea diſponebatur ad unam in illo tamen inſtanti ſine omni diſpoſitione poſitiua ponitur ubi etiam aproximaretur agens aliquo modo fortius in inſtanti in-

troduceret

troduceret formam ſuam naturaliter ſine aliqua alteratione ad illam formam ordinata nam tunc eſt materia contrarium non habens eſt agens preſens aproximatum paſſo & non requiritur diſpoſitio poſitiua in materia ſecundum eos quando forma primo eſt,ergo de neceſſitate agit ſi fuerit agens naturale & ſic unum eſſet alterans & aliud generans & cõſequẽter materia non eſſet determinata ad certum attum ex ui alterationis educibilem facte in materia:ſed ſufficit expoliare a diſpoſitiõibus cõtrarijs: Vlterius aliquis eſſet motus continuusqui tamen non eſſet unus ut ſi cadendo animal per medium deſicrit eſſe quia mobile nõ eſt unum motus non erit unus qui tamen continuus eſt aliter inter illos quies media caderet unde autem poſſit cauſari qes non facile eſt itelligere. Vlterius probatur quod iſtorum opinio fidei catholicæ non conueniat ſupponendo primo quod quæ habent formas ſimpliciter diuerſas a quibus eſt eſſe habẽt eẽ diuerſa ſimpliciter,tunc erigatur ratio ſi unica eſſet forma in homine ſequeretur quod corpus Chriſti mortui & corpus chriſti uiuentis non fuiſſet idem numero contra comunem ſcholam Theologorum,& ſimiliter ſi Petrus qui auctoritatem conficiendi Euchariſtiam in ultima cœna accepit a dño in triduo confeciſſet res primo contenta ſub ſpeciebus panis non fuiſſet eadem quæ ante & poſt triduum fuiſſet & ſic ſacramentũ nõ fuiſſet unius eiuſdem rationis qual s fuit conceſſa auctoritas,conſequentia uero probatur quia cum anima intellectiua in triduo fuerit ſeparata a materia & materia nõ fuerit ſine forma ſed aliam habuerit ſequitur neceſſario quod habuerit aliud eſſe ſimpliciter quia per aliam formam ſimpliciter diuerſam & conſequenter non fuiſſet idem numero & ita neq; eadem ratio primo contenta in ſacramento,reſpondẽt uero fautores opinionis quod corpus Chriſti fuit ſimpliciter idem numero uiuum & mortuum unitatẽ uero colligũt ab unitate ypoſtaſis & unitate eiuſdẽ actualis exiſtentiæ & ab unitate materiæ, Sed hæc quæ iſte dicit modice ſunt firmitatis quia Chriſtus erat homo & in ſpecie hominis & non niſi p animam ratiõalẽ & per eandem habebat eſſe corporis ſicut & ceteri homines ſecundum opinionem eorum qui nullam formam ponũt preter intellectiuam:ergo corpus Chriſti mortuum & uiuum non erat idẽ in ſpecie in ratione corporis ergo non erat idem numero : Vlterius uerbum ſimul poterat abſumere athomam naturam leõis & hominis ſecundũ iſtos & tamen nõ fuiſſet idem numero corpus leonis & hominis ergo propter unitatem ſuppoſiti non eſt dicendum unum & idem numero corpus fuiſſe in triduo & poſt triduum quod ſi indentitatem defendant poſſet dici quod trãſubſtantiatio indifferẽte poſſit fieri ſtante eadem ordinatione & in corpus hominis & in corpus leonis abſumpte,præterea non alia aſſum

ptione fuit abſumpta materia Chriſti,alia forma,alia tertia entitas, quia
non opportet ſine neceſſitate multiplicare aſſumptiones & ubi uerbum
abſumpſiſſet ſibi materiam diſticta abſumptione que fundamentum eſt
comunicationis idiomatũ Deus non ſolum diceretur materialis ſed etiã
materia preſertim ubi materia ſit concretum ut multi metaphyſici contẽ-
dunt cuius abſtractũ erit materies aut aliquid huiuſmodi:& ubi fiat ab-
ſtractio in terminis primæ intentionis:unica ergo abſumptione fuerunt
abſumpta materia forma & compoſitum ut illi etiam fatentur:ſed ſi nul-
la forma ſubſtantialis quæ erat in uiuo remanet in Chriſti corpore mor-
tuo materia non remanſiſſet unita uerbo quia illa abſumptio quæ poni-
tur eadem fundata erat in compoſito ex materia & forma ſubſtantiali &
terminabatur ad uerbum:deſtructo autem fundamento deſtruit̃ illa ab-
ſumptio uel fuit noua abſumptione abſumpta quod catholici non con-
cedũt,immo materia quæ fuit unita desyſſet eẽ abſumpta,aliter eadẽ nu-
mero abſumptio fuiſſet & non fuiſſet,uel fuiſſet aliquid abſumptum ali-
qua abſumptione quæ tamen non eſſet:& ita aliquid eſſet album albedi-
ne non exiſtente:quod uero unitas materiæ non ſufficiat probatur quia
cum ex igne fit aqua eadem materia eſt & tamen ignis non dicitur aqua
aut e contra:præterea materia habet eẽ a forma ergo ſi forma fuerit ſim-
pliciter diuerſa,eſſe erit ſimpliciter diuerſum & non idẽ numero,ſed nul-
la forma remanſit unita materiæ Chriſti & non poterat ſtare ſine forma
ergo alia forma,ergo aliud eſſe ſimpliciter diuerſum:contraria etiã in eo-
dem ſubiecto ſibi inuicem ſuccedunt quæ tamen idem numero non dicũ-
tur:Vlterius materia non eſt hæc ſe ſola ſed quantitate ita quod particu-
laritas materiæ ſecundum eos eſt a quantitate in genere cauſæ formalis
& quantitas hæc eſt ab hac materia in genere cãe materialis cauſæ,n. sũt
ſibi inuicem,cauſæ & quantitas non eſt in materia eadem niſi forma ſub-
ſtantialis ſit eadem, quia reſolutio fit uſq; ad materiam primam ſecun-
dum illos ergo ubi nulla forma ſubſtantialis remanet eadem neq; quanti-
tas remanet eadem ergo neq; particularitas materiæ,quæ effectus ẽ eius
in genere cauſæ formalis.ſi ergo materia non eadem,& forma nõ eadem
ergo eſſe non idem & conſequenter neq; idem numero,quod uero dicunt
de exiſtẽtia quam ponunt ut ſaluare poſſint quod uirgo ſit mater Dei ui-
detur maiores difficultates ingerer̃ quia maternitas ſiue fundetur ſup po-
tentiam generatiuam ſiue non,neceſſario tamen exigit genuiſſe ut reſpe-
ctu illius poſſit dici mater reſpectu cuius poteſt dici generaſſe.illud autẽ
generat mater quod generatione capit eſſe,ſed deus non accepit eſſe ab-
ſolute per generationem uirginis ſed accepit eſſe incarnatum iuxta illud
Io. Verbum caro factum eſt:ergo uirgo mater dei eſt nõ abſolute ſed in-

carnati

carnati licet Theologi utantur ad confuſionem hæreticorum:uerbum autem incarnari nullam dicit realitatem ſupra uerbum neq; ſuper naturam athomam ſed perſonari adit ita quod ubi eſſet derelicta homo eſſet perfectus:ergo generatio chriſti fuit terminata ad aliquod eſſe abſolute non ad eſſe dei quia illud non fuit terminus generationis temporalis:ergo aliud eſſe creatum:præterea in chriſto fuit alia uita ab increata aliter non fuiſſet uere mortuus ergo aliud uiuere aliud eſſe:præterea fundamēti exiſtentia naturaliter præcedit rationem realis relatiōis unio autem iſta fuit realis relatio uel in reali relatione conſiſtens preſertim ſi uera eſſet opi.durandi,fundamentum fuit natura humana Chriſti athoma licet non perſonata quod in illo priori habebat actualem exiſtentiam quæ niſi remanſiſſet non remanſiſſet eadem natura totalis abſumpta:licet ergo fuerit exiſtentia ſuppoſiti eadem,tamen quia fuit exiſtentia creata corrupta & penes illam fuit uiuens & mortuus,& exiſtentia que inſequebatur formā cadaueris fuit omnino diuerſa ab ea quæ inſequebatur formam intellectiuam in Chriſto uiuente neceſſario ſequitur quod non fuerit idem numero corpus Chriſti uiuentis & mortui,præterea materia Chriſti ſecundum illos eſt corpus naturale & phyſicum per animam intellectiuā ut dat eſſe corporeum nō.n.erat corpus mathematicum ergo ſeparata anima intellectiua non remanſit idem eſſe corporeum & conſequenter neq; idē corpus numero. Aliqui alij Theologi qui multum laborauerunt in hac materia in queſtionibus enodandis ponunt alium modum.ſ.quod quātitas in materia derelinquit modum partium extenſiuum qui modus non eſt materiæ accidens,& tamen ſub illo modo materia poteſt dici compoſitū in tantum ut poſſit dici corpus ad quod primo cōuertitur panis:ſed hæc opinio debilis eſt & optime ille.d.parum confidit in illa,licet aliam uiā non dederit,& ubi uera eſſet opinio iſta ſequeretur uel quod cōuerſio fieret in materiam preciſe ſumptam quod ille negat,quia non eſſet materia conuerſa in materiam & forma in formam:uel in per ſe termino conuerſionis requireretur accidens quod negat propter quod noluit tenere modū extenſiuum materiæ fore accidens ſi autem dicat ille modus formā ſubſtantialem cum non dicat intellectiuam aliam formam præter eam cogeretur ponere in compoſito quid ergo dicit materia extēſa aut materiam ſolam & contra eum aut formam accidentalem & ſimiliter cōtra doctorem aut materiam & formam & ſic ſequitur ut diximus de termino contra opinantem:præterea quantitas quæ eſt cauſa iſtius modi eſt cauſata a materia,& eſt naturaliter poſterior ergo non eſt cauſa modi extenſiui cui ſit idem realiter materiæ idem.n.erit realiter prius & realiter poſterius,nā ille modus erit realiter prior quantitate quia ē realiter idem materiæ, quæ

realiter prior eſt quãtitate:eſt uero realiter poſterior q̃a effectus illius, præterea dicat iſte fũdatus Theologus iſtud aggregatũ ex materia & modo extẽſiuo quod terminum ponit conuerſiõis Euchariſtiæ erit corpus mathematicum uel naturale, methaphiſicum quod poſuit Albertus & q̃dã alij gaudeat cum reliquis fictionibus ſuis, ſi erit mathematicum erit contra comunem ſcholam & ĩ termino per ſe conuerſionis includeretur quãtitas quæ eſt accidẽs quod ille euitare intendit, ſi erit corpus naturale erit per formam ſubſtantialem & cum non per intellectiuam in triduo erit p aliã ab illa, aut erit naturale per qualitatem naturalem & quia iſta etiam quantitatem ſupponit in termino per ſe conuerſionis non ſolum unum ſed plura eſſent accidentia requiſita quod ille etiam euitare intendit.

Remanet ergo eam opiniõem ponere quæ magis uera & magis remota a contradictionibus uidetur licet prima opinio recitata probabilis ſit & egregios habeat fautores, & multos peripateticos, dico ergo quod in quolibet animato neceſſe eſt adminus duas formas ſubſtãtiales dare & in homine preſertim, non enim exiſtimandum eſt quod tot ſunt formæ ſubſtãtiales in homine quot ſunt predicata quiditatiua ut inepte quidam exiſtimant, ſed tot erunt quot fateri neceſſitas cogit ad euitandam contradictionem: ad hoc autem ſufficit ponere duas formas unam ſpecificam ut puta intellectum qui uirtualiter continet formam uegetatiuam & ſenſitiuã.i. & formam mixti quæ conſtituit corpus perfectibile p illam, in ſimplici autem corpore ut in igne non ponimus niſi unam formam & ſi contra hãc opinionem aliquæ ex noſtris rationibus quas cõtra primam opinionem fecimus procedunt ſunt tanq̃ probabilis poſitæ & ad hominẽ, dico ergo ad p̃ricipale propter quod fuit mota & diſcuſſa queſtio, quod corpus Chriſti quod eſt primo contentum ex ui ſacramẽti ſub ſpeciebus panis includit materiam & formam mixti & per iſtam eſt in actu partiali eſt quã proximũ receptiuum animæ intellectiue & non eſt per illam in prædicamento ſubſtantiæ aut in genere corporis ut corpus eſt genus niſi per reductionem & in iſtud compoſitum ſcd͞m doctrinam. d. ſubtilis. cõuertitur panis, materia in materiam & forma in formam: & hæc permanet eadem in homine mortuo & uiuo: nam ceſſante qualitate quæ eſt diſpoſitio pro forma intellectiua poteſt remanere alia qualitas quæ eſt pro forma mixti & ita in ſepulcro fuit idem corpus mixtum numero quod aſcendit in cœlum & quod fuit natum de uirgine, & illud idem p̃mo contentum ſub ſpeciebus hodie fuiſſet, primo contentum in triduo & omnia de facili, ſaluantur neq; oportet uenire ad ea quæ ponit quidam modernus Pariſienſis in inſigni ſuo tractatu quod panis cõuertitur tanq̃ in primum terminum p ſe & formalem in materiam primã humanitatis Chri-

ſti &

ſti & hæc materia eſt altera pars compoſiti ſubſtãtialis & in ſepulcro nu
da iacuit a forma ſubſtantiali non tamen a formis accidẽtalibus non po
nit tamen accidentia terminum quia accidentia non ſemper ſunt eadem
terminus autem conuerſionis ſemper idem: ſed hæc opinio implicat diffi-
cultates mirabiles nam ſicut tertia ẽtitas Chriſti fuit derelicta a uerbo nõ
deffectu uerbi ſed deffectu naturæ abſumptæ ipſa enim deſiit eſſe. & con
ſequenter deſiit eſſe abſumpta ita quia materia Chriſti deſiit eẽ ſecundũ
omne illud eſſe quod ſpecialiter pertinebat ad Chriſtum derelicta fuiſſet
neq; materia prima magis Chriſti eſt ꝙ leonis & hic in conſecratione pa
nis in triduo, neq; cõcomitanter fuiſſet uerbum: præterea ſi unica abſum-
ptione fuit abſumptum totum & fuerunt abſumptæ partes, ſi partes nõ
remanent ſecundum eſſe aliquid ſecundum quod erãt in toto illa abſum
ptio pœnitus deſtructa uidetur fundamẽto corrupto: præterea ſi accidẽ
tia fundantur in materia ſola non erunt accidẽtia terminata quia in ma
teria prima unde accidens terminetur non habet ſed in compoſito fun-
datur accidẽs terminatũ ex materia & forma neq; dicimus quod nõ ſuc
cedit forma cadaueris propter hoc quod dicitur actu. 11. nec caro eius
uidit corruptionem, ſed ne contradictionem ponamus & ut ſaluemus eũ-
dem numero terminum ubi in triduo fuiſſet facta conuerſio, non enim in
tendit Lucas aliud negare ꝙ putrefactionẽ in uermes ſubdit. n. notas feci
ſti uias mihi immortalitatis quia Chriſtus fuit primitiæ reſurgentium ipſe
enim fuit primus qui ex mortuis ad ſtatum immortalitatis reſurrexit: ſi
ergo opiniones aliorum maiores patiuntur dificultates opinionẽ quam
diximus amplectere: in conſecratione autem ſanguinis primo cõtentum
eſt ſanguis intra uenas domini contentus: ideo corpus domini eſt ibi ui
conſecrationis non primo ſed concomitanter ĩmediate tamen: nõ ſic dei
tas quæ non eſt ipoſtatice unita ſanguini unde ſi in triduo Petrus calicẽ
conſecraſſet in illo non fuiſſet diuinitas quæ non eſt coniuncta ſanguini
niſi ratione corporis & animæ ſanguĩe indigentis ut informet: quia ergo
ſanguis in triduo non fuit unitus corpori in ratiõe ſanguinis, neq; fuiſſet
ibi deitas neq; anima neq; corpus, ſed res primo cõtenta: & fortaſſe in tri
duo ille ſanguis nõ fuiſſet adorandus ſicut mõ ex quo ſeqtur qd ſi aliqd
ſanguinis Chriſti remanſit ſuper terram ſicut Romæ fertur quod uinum
non conuertitur in illum ſanguinem: ſed in eum qui eſt inter uenas domi-
ni, ſimiliter neq; panis conuertitur in carnẽ prepucij Chriſti ſi ad huc re-
ſeruatur in terra aut in lateranẽſi Eccleſia aut apud catroſum in Eccleſia
Saluatoris, utrum enim hoc uel illud ſit ad fidem non pertinet, in his. n.
multæ fieri ſolent abuſiões: neq; fenum de preſepio domini quod Romæ
apud ſanctam Mariam maiorem oſtenditur: aut caudam aſini quæ Chri

Digitized by Google

ſtum triumphantem in hieruſalé portauit:aut in egyptum fugienté quã quædam nationes uenerantur populo offerenda ut adoráda uŕ laudabi- le ualde & tutum eſſe,& de multis etiam alijs ſimilibus de quibus nullam certitudinem habemus & ſi ad populi pietaté quæ impediri non debet,p tinere uideantur propter hoc tamé laudanda nõ uidenť :uera.n. ad pieta tem promouentia religioni Chriſti non deficiunt neq; error pius propter pietatem deſinit eſſe error ſubmitto me tñ in omnibus ueritati ſedis Apo ſtolicæ.uinum ergo in ſanguinem intra uenas contentum conuertitur : ſi autem in triduo fuiſſet conſecratio calicis inſeparatum quidé fuiſſet cõ- uerſio,non ſicautem modo,ſed quomodo fuiſſet tunc ſanguis idem ſpe- cie & numero ut idem ſit pactum & conſequenter res pmo contenta eadé non eſt facile intelligere:hoc unum tamen intelligo, quod Deus eundem ſanguinem & ſaluare & reparare undecunq; & qualitercunq; poſſet, & ſi cut eundem ſanguinem in numero in reſurrectiõe reparauit ita immedia te potuiſſet in triduo ſine corpore animato & ſine uenis.Soluendæ modo ſunt rationes factæ pro prima opinione,ad primam ergo in qua dicitur quod ſi plures eſſent formæ ſubſtãtiales in eodem ſubiecto omnis forma poſt primam eſſet accidens negatur conſequentia.& dať reſponſio quæ ibi ponitur quod forma aduenicns actui completo eſt accidens nõ auté aduenicns incompleto:ab obiectionem uero dico quod Auicenna tenebat quod forma corporeitatis eſſet coeterna materiæ primæ & de illius eſſen tia ita quod ex materia prima & forma corporeitatis fiebat unum com poſitum in actu completo & ultimato in eſſe ſuo formali in ratiõe ,pprie natuŕ unde omnis forma quæ ſibi aduenıſſet fuiſſet accidens,quia illud compoſitum nõ fuiſſet per ſe & eſſentialiter ordinatum ad aliam formã & contra hanc opinionem ſic intellectam arguit Auerroys', nõ eſt autem certum ſi hæc fuerit Auicennæ opinio,& ratio Auerroys nulla eſt', nõ.n. propter hoc quod præcedit forma ſubſtantialis,forma poſterior eſt acci- dentalis:nam ſi forma accidentalis præcederet in materia & primum eẽ daret quia non daret primum eſſe ſimpliciter non tolleret quin adueni- ens forma ſubſtantialis daret primum eſſe ſimpliciter & ſubſtantiale ſpe cificum ubi ergo præcedit forma quæ comunicet eſſe ſubſtantiale modo non ſit eſſe ultimum & completum,non ſequitur quod forma poſterior ſit accidens & iſto modo procedit ratio Ariſt.in primo de generatiõe qđ ſi aliquod elemẽtum eſſet materiale principium,generatio eſſet alteratio, quia elementum eſt in actu completo in quantum tale ad alium actũ nõ ordinabile:ideo non fieret per ſe unum ex elemento & forma inducta ad quam per ſe non ordinaretur:& ſic generatio eſſet alteratio qa forma eẽt illi accidentalis & terminaretur ad unum per accidens:neq; cõtra hoc qđ

dixímus

diximus de elemento eſt illud Ariſto. ſecundo de generatione animalium contra quoſdam medicos arguentis: quod ſi ſemen ueniret ex etherogeneis ueniret ex partibus ſimilaribus: & ſi ex illis: ueniret ex igne quia ad hominem arguit: & forte per ignem aliud intelligit quam portionem elemēti ignei: Ad ſequētem rationem dicitur: quod corruptio totalis unius eſt generatio alterius: ideſt ad corruptionem totalem unius ſequitur generatio alterius ad partialem uero corruptionem: quæ non eſt ſecundum omnes partes formales, in fieri ſequitur generatio alterius: licet non in facto eſſe: Ad aliam ſequentem rationem iam eſt in corpore quæſtionis dictum quod uegetatiuum & ſenſitiuum uirtualiter continentur in intellectiuo non ſic uero forma corporeitatis: quod uero diximus contra primam opinionem arguentes quod embrio primo uiuit uita plantæ: non intelligendum eſt: quod forma uegetatiua primo introducatur in materia & ſenſitiua adueniente corrumpatur: ſed ſimul aduenit anima intellectiua quæ continet ſenſitiuum & uegetatiuum: ſed primo apparent opera uegetatiuæ poſtea ſenſitiuæ: ultimo intellectus: uel ordinem naturalem attendit ſicut enim ubi formæ illæ eſſent diſtinctæ realiter: materia primo reciperet formam uniuerſalem: poſtea particularem ut patet primo Meth. c. 17. ita ubi tantum ratione diſtinguuntur uel ex natura rei ſicut ſuperiora ab inferioribus prius natura licet non tempore intelligitur uiuere uita plantæ: & poſtea uita ſenſitiua: poſtea hoīs: perfectum enī ſupponit imperfectius & qđ perfectius eſt ſemper poſterius eſt qñ in eodem genere ſunt.

¶ Ad ſequentem rōnem, iam uides quod ratio nulla eſt: qa eſt eadem forma aīa intellectiua quæ uirtualiter continet ſenſitiuum & uegetatiuū: dico ulterius qđ ubi diſtinguerent̃ ratio non concluderet qa illa ſenſitiua quia eſſet ad intellectiuā ordinabilis, daret eſſe ſenſitiuum in gñe: ſed non in aliqua certa ſpecie qa non eſſet ad aliā ſpeciem ordinabilis & ſic dat eſſe irrationale negatiue. i. non rōnale ſenſitiuū uero qđ conſtituit brutum facit irrationale poſitiue qđ non ſolum rōnale negat ſed illi aliqđ incompoſſibile ponit: qa ſpecifica forma eſt non gñica ut alia: neq; oportet ut ſenſitiua hominis quæ conſtitueret ſenſitiuū in genere conſtitueret in aliqua certa ſpecie: nam licet quod in facto eſt in genere ſit in aliqua certa ſpecie: non tamen quod ē in genere in fieri: uel nō oportet ut forma generica ubi eſſet: in ſpecie conſtituat ſed in genere tantum. ¶ Ad rationem in qua quæritur ſi iſtæ plures formæ educuntur de eadem potentia materiæ: dicendum primo quod ſic de potentia abſoluta & fundamentali loquendo: cum uero dicitur: quod ſi potentia eadem: actus idem: quia potentiæ per actus numerantur: dico quod non eſt ueꝝ de potentia ſubiectiua ſed obiectiua ſolum: quæ numeratur ſecundum diuerſitatem actuum exi

ſtentiæ:de ſubiectiua uero ſi uerum eſt uerificatur de reſpectiua non fundamentali:unde cum dicitur quod ſi poſſe ſanari & poſſe egrotari ſunt dem ſanitas & egritudo erunt idem:de potentia obiectiua eſt ſermo: & non de ſubiectiua: alia enim potentia obiectiua reſpondet ſanitati alia egritudini eadem tamen ſubiectiua fundamentalis potentia eſt ad ſanitatem & egritudinem:poteſt etiam dici quod illæ plures formæ educuntur e materia ſecundum plures potentias:& tunc ad obiectionem dicitur quod licet illæ potentiæ non ſint ordinatæ in ordine ad ſubiectū: eſſent: tamen ordinatæ in ordine ad terminos & ita nō ſequitur quod formæ nō ſunt eſſentialiter ordinate:poteſt etiā dici quod illæ potentiæ ordine quodam ſunt in materia ut primo ſit potentia ad formam uniuerſalem poſterius potentia ad particularem:& tamen ſecunda immediate recipitur in materia & prima non eſt ratio recipiendi:niſi ſicut paſſio prior in ordine ad paſſionem poſteriorem licet enim proximum & immediatum receptiuum paſſionis poſterioris ſit ſubiectum:tamen non eſt in potentia ꝓxima ad recipiendum niſi paſſio prior præcedat unde inter paſſiones nō eſt ordo eſſentialis cauſalitatis:neq; pure accidentalis ita ut fortaſſe inter illas nullus poſſit ordo ſillogiſticus inueniri:ſed eſt ordo eſſentialis effectibilitatis qualis inueniri ſolet inter duos effectus ordinatos ab eadē cauſa prouenientes. ¶ Ad ultimam rationem. In qua infertur:quod in corporibus daretur aliquid ſimplicius igne: & ſi plures uiæ ſint & omnes opinionem ſaluent:nos tamen qui formam corporeitatis a forma mixtionis non diſtinguimus: in igne præter formam ignis aliam formam non ponimus:ubi tamen poneretur non eſſet inconueniens aliquid igne ſimplicius confiteri in ordine ad partes eſſentiales licet ignis ſicut cæteræ elementa eſſet ſimpliciſſimus & mixtionis non particeps & iſta qualitatum ſimplicitas ponenda eſt quia negata: mox admiſtione contrarij ſimplicitas elementi:alterius mixtione confunditur.

Caput Octauum.

POſtquā uiſum eſt de termino tranſubſtantiationis:quo ad ſubſtantiam nunc tractandum eſt ultra ea quæ tacta ſunt: de eodem: quo ad quantitatem & ſitū:ſuppoſito ergo quod Chriſtus nominet duas naturas in unitate ſuppoſiti & quod natura eius humana ſicut & cetere totalitatē includit & partiū eſſentialium & partiū organicaꝝ:eſt difficultas maxima quō totus Chriſtus ſit in hoſtia & in qualibet pte hoſtiæ & in ea parte in qua ē oculus. In eadē eſt pes cor & caput brachia & crura Chriſti que quia admirabilia ſunt difficultatem pariunt uolentibus ſpeculari &

& oportet aliqua ſupponere quæ ſine hereſis crimine negare nemo poteſt
primo quod Chriſtus ſecundū quamlibet partem eius ſub tota hoſtia &
qualibet eius parte realiter continetur non.n.partem in cœlo relinquit:
partem ſecum affert præſentiæ ſui corporis cum ſpeciebus panis: & ita
in quacunq; parte hoſtiæ:eſt Chriſtus & ubi præſens caput præſentes
quoq; ſunt pedes:& hoc quia corpus ſpeciebus panis realiter præſens lo-
co non circumſcribitur & ſi diuina potentia:poteſt tota ſubſtantia chriſti
eſſe præſens tot diſtinctis corporibus cui mirum ſi eadem potentia totus
fuerit præſens omnibus partibus eiuſdem corporis:& ſi diuina potentia
duo corpora poſſunt eſſe ſimul ut ſuſtinuimus & rationes oppoſitas eno
dauimus:cur & partes eiuſdem corporis non poterunt eſſe ſimul eadem
diuina potentia apud quam non eſt impoſſibile omne uerbum:ideſt om-
nis conceptus contradictionem non implicans:& cum hæc ita tenen-
da ſint:de modo inueſtigandum eſt quomodo hæc ita ſunt & non ſit con
fuſio partium & ſaluetur figura humanæ Chriſti dignitati conueniens: &
in iſta difficultate aliqui aſſerunt qđ cū Chriſti corpore in ſacramento nō
eſt eius quantitas:neq; ex ui conſecrationis neq; concomitanter:licet quā
titas non ſit ſeparata a ſubſtantia ſecundum inherentiam: ſed licet iſte
modus ſit probabilis male tamen eſt intelligibilis nam ſi realiter eſt ibi
præſens Chriſti corpus & realiter eſt quantitas Chriſti corpori unira quia
ab eo non ponitur quantitas ſecundū inherentium ſeparata: cui dubium
quod quantitas erit realiter præſens ſpeciebus panis aut ex ui ſacramen
ti aut ex concomitantia quadam ad primum per ſe terminum conuerſio
nis panis:neq; ratio durandi eſt ita efficax (ut ille exiſtimauit) dicens
quod locus cœli non ſeparatur a Chriſto ſecundum contactum & tamen
non eſt in ſacramento concomitanter aut aliquo modo:non enim eadem
ratio eſt de contiguis quorum ultima ſunt ſimul & unum realiter non in-
heret alteri & de quantitate:quantitas enim Chriſti non ſeparatur a ſub-
ſtantia corporis Chriſti ſicut neq; color a quantitate & ubicunq; eſt quan
titas per ſe erit qualitas realiter concomitanter:& ubi eſt ſubſtantia uiua
erit quantitas quæ fortaſſe neceſſaria eſt ad eſſe uiuum:& ad eſſe aīal pro
pterea aliorum exſtat opinio quod quantitas eſt ibi non per modum
quantitatis ſed ut concomitatur ſubſtantiam ideo per modum ſubſtan-
tiæ & non per modum quantitatiuum qui quantitati conuenit ubi eſt in
ratione quantitatis unde corpus Chriſti quantum eſt ſub ſpeciebus pa-
nis non tamen quantitatiue :ſed ſicut eſt ſua ſubſtantia & ita tota in
toto & tota in qualibet pte totius:ſed iſta uia nō euacuat difficultates:qa
licet ſit ibi cōcomitanter & tanq̄ inſequens primū terminū cōuerſiōis eſt
tū ibi & cōſeq̄nter cum mō conuenienti ſuæ naturæ,ſi .n.deus ſubſtanti-

Digitized by Google

am crearet ad quam concomitaretur quantitas non minus quantitas haberet modum ſuæ naturæ conuenientem quã ubi quantitas ſe ſola crearetur: alia enim & alia habitudo ad agens rei naturam non uariat quæ abſoluta eſt & ut ſic habet proprietates ſuæ naturæ conuenientes: dicendum ergo aliter quod duplex eſt poſitio: una quæ dicit ordinem partium in toto: & iſta omnino ſaluanda eſt in quantitate: non enim eſt intelligibile aliquid eſſe quantum: & non habere partes eiuſdem rationis ordinem poſitionis inuicem habentes: non enim res eſt intelligibilis ſine ſua differentia: poſitio uero quæ dicit ordinem partium in toto eſt differentia quantitatis: alia eſt poſitio quæ ſuper ordinem partium in toto adit ordinem partium ad partes loci & poſſibile eſt a deo conſeruari quantitatem cum ſua poſitione ſine poſitione quæ a quibuſdam prædicamentum ponitur: & ita dicendum eſt de corpore Chriſti: quod ibi eſt quantitatis differentia illa ſcilicet quæ dicit ordinem partium in toto non enim conueniret dignitati corporis chriſti non habere partes inconfuſas: conſeruat uero iſtud abſolutum ſine illo reſpectu ad locum & partes eius & conſequenter ſine poſitione quæ locum & partes loci includit: & iſta poſitio eſt accidens & reſpectus extrinſecus adueniens quantitati ideo poteſt deus illam conſeruare ſine illo reſpectu: & ita in corpore Chriſti ut eſt in ſacramento eſt pars extra partem pro ut ly extra per ſe reſpicit ipſas partes & earum poſitionem quæ eſt quantitatis differentia: & ſicut in cœlo caput eſt continuatum collo & conſequenter unum membrum alteri ita in ſacramento non tamen una pars eſt in ſitu diuerſo ab alio Immo in qualibet parte hoſtiæ inconfuſa eſt quelibet Chriſti pars & ſicut in cœlo pes eſt ſeparatus a capite ita & in hoſtia modo ſeparationem ſecundum poſitionem quæ eſt quantitatis differentia Intelligas: non pro ut dicit ſeparationem ſecundum locum ut Chriſti corpus eſt in hoſtia in qua non eſt localiter. Ideo non plus diſtat pes a capite quã diſtet a tibia nec maiorem locum caput occupat quã oculus: & hoc quia deus conſeruat abſolutum abſq; reſpectu illo poſitionis qui eſt extrinſecus adueniens contra uero hanc opinionem inſurrexerunt quidam pariſienſes qui quantitatem negant eſſe accidens abſolutum inherens rei quantæ contra Peripatheticos & contra ueritatem: de hoc autem nolo nunc tractare: quia Metha. non Theologici eſt negocij: dicunt ergo iſti contra opinionem catholicam quam tenemus: quid eſt iſte ordo partium in toto quem dicit quantitas: aut eſt ordo partium ſitualis ita quod una pars eſt ſuperior: alia inferior, aut eſt ordo perfectionis: aut eſt ordo totius & partis q̃uo oculus eſt pars capitis non pedis: aut eſt ordo cauſalitatis ſic quod una pars eſt cauſa alterius: aut ordo originis uel naturæ uel tp̃is: alius ordo per dr̃iam

quantitatis

quantitatis importatus aſſignabilis non uidetur:ſi ergo primus importatur ille non pōt eſſe,ſine locali partium diſtantia:ſed quia localiter partes non diſtant:non erit ibi ille ordo:neqꝫ aliquis aliorum ordinum importatur a quantitate quia quilibet eorum poterit Chriſti ſubſtantiæ competere:ſi penitus ſeparata eſſet a quantitate quod etiam facere ſecundum eū eſt deo poſſibile ſicut qñ eſt cum quantitate coniunta:conſeruata enim tota corporis Chriſti ſubſtantia abſqꝫ hoc qđ ſit quanta ita tunc eſſet pars una perfectior & alia imperfectior ſicut nūc:nec pars una plus eſſet pars alterius nunc:nec prior tēpore uel natura quā tunc & ita nullus ordo partium ſubſtantiæ poteſt competere partibus corporis Chriſti in toto quādo eſt quantitati coniuntum quin conueniat eiſdem quando quantitas fuerit ſeparata præter ordinem ſitualem qui ſolum ſufficit ad hoc ut ſit quantum,talis autem ordo partium requirit diſtantiam partium localē, igitur nullum ordinem partium in toto dicit quantitas præter ſitualem, qui quia ibi non eſt non erit ibi quantitas. ❡ Item dicunt iſti omne quantum continuum,eſt longum latum uel profundum,quia ſuperficies corpus uel linea,hæc autem localem diſtantiam partium requirunt,item ubicunqꝫ eſt diſtantia partium intrinſeca uel extrinſeca, poteſt fieri motus localis de parte in partem diſtantem:ſed ille fieri non poteſt ſine ordine partium in loco:item omne quantum continuum & finitum eſt figuratū qđ & ipſe concedit de corpore Chriſti ut in ſacr̄o ad figuram autem non ſufficit ordo partium in toto ſine ordine partium in loco:nam facta ſola locali mutatione partium mutatur figura:& ſi pedes ponerentur ſuper caput oculi in loco aurium:ſeruato autem ordine partium in loco non mutatur figura ergo ad rationem figuræ requiritur ordo partium in loco & conſequenter ad quantitatem. ❡ Item poſito quod corpus Chriſti nullibi eſſet in naturali conſiſtentia ſed ſolum in ſacramento:quod ſecundum eum eſt poſſibile:cuius tunc figuræ eſſet in ſacramento nulla aſſignari poſſet:cum manentibus cæteris ordinibus partium ad totum : qualitercunqꝫ mutatur ordo ſitualis:manet ordo quem dicit quantitas : ergo uel in caſu haberet omnem figuram ſimul uel nullam:ſicut ſi deus crearet de nouo ſubſtantiam ligni cum omnibus accidentibus abſolutis & ita cum quantitate ſine poſitione ſituali cuius figuræ eſſet nulla poſſit aſſignari ratio quare plus diceretur quadratum quam triangulare:nec plus poſſet dici pedale quā bipedale hæ tamen ſunt partes quantitatis continue & figuræ:& quicquid continetur ſub genere continetur ſub aliqua ſpecie : nec etiam tale quantum eſſet rarum aut denſum nec poſſet maiorari aut minorari:cū non poſſit dici qđ partes qñqꝫ propinqus ſibi adiacerēt uel remotius qđ tū contingit in cōdeſſatiōe & rarefactione :Item non ur̄ qđ

ĩ corpe homogeneo poſſit ſaluari ordo partiũ ad totũ ſublato ordine ad locũ cũ pter ordinem partium ad locum nulla oĩno ſit dña poſitionis inter eas hæc iſti & alia quædã quæ reducuntur ad iſta quæ inducuntur ab aduerſarijs contra opinionem quam cum acutiſſimis ſubſtinemus: pro ſolutione tñ co℞ animaduerte lector: quod remoto ordine partiũ corporis Chriſti in ſacro ad partes loci: oĩs alius ordo remanet: & ille qui merito ſubſtantiæ conuenit: & ille qui conuenit merito quantitatis intrinſece tñ quæ facilius iudicabis, ſi diuina potentia unum ab altero ſeparabis: manet ergo ordo perfectiõis: nam illa pars quæ eſt in cœlo perfectior: etiam in ſacramento eſt perfectior: manet ẽt ordo totius & partis quia ſicut in cœlo ita in ſacramento oculus eſt pars capitis & non eſt pars pedis & digitus eſt in manu: non in capite quãuis localiter non ſeparentur: manet ẽt ordo diſtinctionis partiũ organica℞: ad quam ſufficit diſtinctio realis diſpoſitiuum naturaliũ & forte forma℞ particularium: licet enĩ in eodem ſitu & nõ diuerſo eſſent oculus & manus p oculum tñ uideret & nõ p manum: de figura uero ſi illa reqrit linea℞ ſitum & diſtantiã ſicut illud corpus ſeparamus a ſitu, & diuina potẽtia ſeparabimus a figura: ſi uero figura eſt qualitas in quantitate ut ponunt ueriores: ſic qđ extrinſece reſpicit habitudinem ſitus poterit ſaluari figura in Chriſti corpore ſicut oĩa abſoluta ad qđcunq; pertineant prædicamentum: remanet ẽt omnis ille ordo cauſalitatis originis naturæ & tpis qui in cœlo: cum ergo iſte primo quærit qđ dicit poſitio quæ eſt quãtitatis differentia: ego non miror illum ſi non põt iſtud imaginari qa naturã quantitatis ignorauit quã negauit eſſe a ſubſtantia quãta diſtinctam: & dico qđ ſicut deus p eius potentiam ĩfinitam põt in ſacramento altaris cõſeruare quantitatẽ ſine ſubiecto ita põt eam ponere extra uniuerſum uel aliam de nouo creare: & tunc uere ibi eſſet quantitas & conſequenter eſſet cum differentia ſua: niſi iſti abſtractionem aſcenderent uſq; ad oppoſitum differentiæ propriæ: & ſic haberet poſitionem & partes eiuſdem rationis quæ tamen ſitu non eſſent diſtinctæ: etiam ibi aliquibus proprietatibus uel aliquo alio modo diſtinguerentur: nam partes quantitatis quæ natura eſt prior ſitu: non diſtinguuntur ſitu: ſed habet quantitas partes naturaliter aptas ſitu diſtare: nõ diſtando tamen poſſunt a deo conſeruari ſimiliter quantum ſeparatum in quantum tale non inquantum naturale facit latera continentis diſtare unde ratio quantitatis non dependet a loco licet conſequantur ſe ad inuicem & quantitas eſt ratio fundamentalis coexiſtendi in loco ubi auctem nõ coextenditur eſt qa deus poteſt abſolutũ ſine reſpectu extrinſecus aduenieẽte cõſeruare: ubi ẽt ſit coexĩtia loci: ordo ergo q importat a quantitate nõ eſt ille qui in partibus corpis Chriſti eſt ratione formarum partia

lium

lium & naturaliũ diſpoſitionum,aut ratiõe totius & partis ſed quia ibi eſt uera quantitas ſumus coacti ponere partes ordinem poſitionis habẽ tes:quæ eſſent natæ ſitualiter diſtare,tamen Deus poteſt illas ſeparare ab iſta ſituali diſtantia non ſolum extra locum ſed cum coexiſtentia loci, & hoc nihil eſt aliud ꝙ abſolutum ſeparare a reſpectiuo & ſi querat aliũ ordinem dicatur quod ubi quantitas eſſet ſeparata adueniens ſitus partes non faceret,ſed eas ſitualiter diſtare faceret prius exiſtentes in toto & totum fuiſſet maius extra uniuerſum poſitum quia continuiſſet illud & aliquid ultra:ad aliud in quo dicit quod omne continuum eſt, longum uel latum & profundum & conſequenter habet partes ſitualiter diſtinctas, dico quod iſte rationẽ continui ignorauit quia naturam generis ignorauit ut in methaphi. diſputabitur de ratione quidem continui intrinſeca non eſt ſitus (ut ille exiſtimauit) ſed continuũ permanentis in ſui ratione includitur partes copulentur ad unum comunem terminum:copulari autem ad unum comunem terminum non requirit diſtantiam partium ſitualem immo ubi ĩ diſtant ab illo comuni termino uerius copulãtur ad illum,& ſic continui uerius ratio ſaluatur,ſi autem per lõgum & huiuſmodi intendit aliquid quod locum reſpiciat ſicut a loco ſeparas ita ab illis ſepares ſi autem dicunt abſolutum aut negationem aut aliquã aptitudinẽ illa ſaluare potes abſq; ſitu utimur.n.terminus ſecũdum quod naturæ ratio exigit,& quantitas terminis ſui generis terminatur que ſitualẽ diſtãtiam non requirunt. ¶ Ad id qđ dicit de figura,qđ omne continuum eſt figuratũ & quod ad figuram non ſufficit ordo partium in toto,ſed requiritur ordo partium in loco:dico quod ſi figura ſit qualitas in quantitate & in.4.ſpecie ut ponit Ariſt.figura uocatur ex eo quod in ipſa quantitatis terminatione conſiſtit non quod figura ſit terminus quantitatis quoniam quantitas ſui generis terminis clauditur,corpus quidem ſuperficiebus ſuperficies lineis,linea autem pũctis, ſed figura ex terminatione quãtitatis reſultat ſi inq̃ ita eſt poteſt Deus quantitatem & figuram conſeruare in uacuo,uel extra uniuerſum,& in uniuerſo abſq; ſitu:quod uero dicit quod ſola mutatione loci fit figura,dico quod falſum dicit non .n. ex loco ſed ex terminatione quantitatis reſultat, ſi autem oculus poneretur in pede:ut ille mirabiliter arguit mutaretur quidem figura ſed non ꝓpter ordinem partium loci ſed propter ordinem partium organicarum nam ſi pes & oculus ſimul eſſent ut fieri poſſe catholice tenemus:pes tamẽ nõ uideret licet eſſet in eodem ſitu ſunt .n. organa diſtincta formis ſubſtantialibus aut ſaltem diſpoſitionibus intrinſecis non loco:quia ille nõ diſtinguit ſed ſignum nobis eſt diſtinctiõis eorum. ¶ Ad illud quod petit iſte doctor a Ioanne Scoto cuius partes nunc fouemus,dicens poſito quod

Chriſtus nullibi eſſet in diſpoſitione naturali & eſſet in Euchariſtia quam
haberet figuram, dico quod Scotus probabiliter ſubſtinet quod realis exi
ſtentia corporis Chriſti eſt indifferens ad iſtos duos modos eſſendi, ad na
turalem .ſ. & ſacramentalem quia exiſtentia eius ſub modo naturali non
eſt de eſſentia eius ut eſt ſub modo ſacramentali quia iſte modus haberet
illum qui de ſui eſſentia eſſet: neq; eſt cauſa eius quia deus ſolus eſt cā exi
ſtendi ſub modo ſacramentali, exiſtentia etiam modo naturali neq; eſt ſa
cramentum neq; res ſacramenti que eſt exiſtētia in modo diſperato, & cō
ſequenter poteſt Deus ſine modo naturali exiſtentiæ facere exiſtentiā cor
poris Chriſti in ſacramento, unde ante incarnationem diuina uoluntate
potuiſſet fieri Euchariſtia & fuiſſet ibi res primo contenta tanq̄ conuer-
ſionis terminus eadem Chriſti exiſtentia ſub modo ſacramētali & poſtea
fuiſſet poſſibile ſtāte Euchariſtia formari corpus illud de ſanguinibus uir-
ginis ſub modo eſſendi naturali: ſimiliter poſſet nunc per diuinam poten
tiam deſinere illa exiſtentia eſſe ſub modo naturali & eadem uoluntate re
manere res primo contenta ſub modo ſacramentali, ne tamen in contra
dictionem incurras in quam incidit uenerabilis Vgo ut oſtendam poſte-
rius animaduerte tu Scotiſta quod ſi corrumperetur Chriſtus per ſepara
tionem animæ a corpore uel formæ corporeitatis a materia, talis inq̄ ſe-
paratio quæ eſſet illius in modo naturali eſſet etiā illius ut eſſet ſub mo-
do ſacramentali, ubi eſt etiam realis exiſtētia eius, aliter una forma ſimul
informaret & non informaret materiam eandem, nō poſſet ergo corpus
Chriſti fieri inanimatum ſub modo naturali, quin fieret inanimatum ſub
modo ſacramentali ideo de hac deſitione non loqu tur concluſio docto-
ris, ſed uult quod exiſtentia realis Chriſti ſit indifferens ad iſtos duos mo
dos eſſendi naturalem .ſ. & ſacramentalem, & quod Deus poſſet facerē ut
illa exiſtentia non haberet modum eſſendi naturalem ſed haberet modū
ſolum eſſendi ſacramentalem: corpus .n. Chriſti eque eſſe reale habet in
ſacramento ſicut in modo naturali, & ita uere diceretur eſſe propter illū
modum eſſendi ſicut propter iſtum, ad illud ergo quod petit quam .ſ. fi-
guram haberet, dico quod figura qualitas in quantitate quæ fortaſſe eſt
neceſſaria uel ſaltem neceſſario ſequitur corpus animatum quantum po
nenda eſt ſicut cætera abſoluta: ubi ergo deſineret illa exiſtentia eſſe ſub
modo naturali & remaneret ſub modo ſacramentali remaneret eadē præ
ciſe figura quæ modo eſt: ubi autem Euchariſtia preceſſiſſet figura quidē
preceſſiſſet ſed non preciſſe eadem ſed fortaſſe qualis fuit cū conceptus
fuit de ſanguinibus uirginis: Quia remanēte Euchariſtia potuiſſet ſic cō
cipi & incipere in diſpoſitione naturali, quantitas etiam ē de numero eo-
rum que concomitanter ſunt in ſacramento quia .ſ. eſt in diſpoſitiōe na-

turali

turali quam ſeparari a Chriſti corpore entis natura non patitur quia cō-
tradictionem admicteret & ita illud corpus de predicamento ſubſtantiæ
licet reductiue & idirecte & tanq̄ principium & pars fuiſſet terminus cō
uerſionis & quantitas non fuiſſet, aut ſi quantitas fuiſſet ſic quod ad cor
pus Chriſti fuiſſet neceſſario requiſita ēt ubi in diſpoſitione naturali nō
fuiſſet, ſed tantum ſacramentali quia concomitantia nō coegiſſet: docto
rem ad tantam quantitatem aſſerendam ſi non fuiſſet equalis uel eadem
cum quā erat chriſtus cum primo eſſet in diſpoſitione naturali: eam quā
titate chriſtus habuiſſet que domino placeret in ſacramento, uerior tamē
opinio negat in termino p ſe conuerſiōis accidens contineri quia corpus
Chriſti quod eſſet terminus per ſe prio conuerſionis panis non continet
animam neq; accidentia & ut ſic eſt primum ſignificatum inq̄t Scotus
10.d.4.ſē.q.4. Sed de hoc ſcio quod poſterius diſputabo, ad id uero qđ
dicitur quod tale quantum non poſſet rare fieri neq; condenſari dico qđ
raritas & denſitas aliquando dicuntur a peripateticis ſitū importare quā
doq; qualitates & ſi rare fieri & condenſari ſitualem diſtātiam & appro
ximationem important ſicut aſperum & lene quantum ſeparatum a lo-
co uel non coexiſtens loco non poſſet rarefieri neq; cōdēſari: ſi uero non
reſpicit intrinſece localem menſuram dic conſequenter: ſed quicquid ſit
poteſt Deus omnem magnam quantitatem ad paruam reducere ſine cō-
fuſione partium & omnes partes ſuper unam replicare ea potentia qua
panes multiplicauit & piſciculos minutos ubi autem condenſaretur quā
titas partes omnes quæ prius erant immediate, remanerēt immediate ſi-
militer mediate remanerēt mediate & in rarefactione ſimiliter: nā condē-
ſando caput non fieret immediatum pedi, ſed remeneret immediatū col-
lo ad rarefaciendum uero & condenſandum infinita dei potentia locum
non requirit, ſi quidem extra uniuerſum poſſet ponere aerem & ignem &
ex aere rarefaciendo ignem generare & condenſando ex igne aerē. ¶ Ad
ultimam rationem in qua dicit quod in corpore homogeneo non poteſt
ſaluari ordo partium ad totum abſq; ordine partium ad locum, dico qđ
iſtud oportebat ꝓbare, nam in etherogeneis apparet illa diuerſitas ꝓpter
complexiones diuerſas, ſed in homogeneis licet non ſit ita ſenſibilis tamē
ita eſt in ſe quod partes ſunt inuicem ordine poſitionis ordinate qđ oſtē-
dit ſuperueniens locus, & ſi quantitas eſſet extra uniuerſum non eſſet in-
diuiſibilis neq; poſſum imaginari iſtam quantitatem ſine poſitione & p-
manentia partium, ſicut poſſum ſine poſitione quæ dicitur ſitus quæ om
nino extrinſeca & poſterior eſt ratione quantitatis & ita credo ſatiſfactū
eſſe argumentis iſtorum, quod ſi non fecerim meliores reſponſiones aud i
re & amplecti non recuſabo, materia. n. adeo difficilis eſt & occulta ut in

illa facilius ſit errare q̃ ueritatem intelligere hoc tamen intelligo hoc con
fiteor quod Deus plura poteſt q̃ mens humana ualeat intelligere & de
iſta opinione doctoris ſubtilis, poſterius longum ſermonem habebo.

Caput Nonum.

POſtq̃ determinatum eſt de ſubſtantia corporis Chriſti de eius quã
titate ut in ſacramento eſt remanet dicere de actione & paſſione cir
ca Chriſti corpus: & de motu locali eiuſdem & primo uidendũ eſt d̃ actio
ne immanente an. ſ. actio quæ Chriſto imminet in ſua diſpoſitione natu-
rali inſit illi ſacramentaliter exiſtenti: & reſpondetur quod Chriſto ut in ſa
cramento concomitanter conuenit omnis actio quæ eſt ſibi primo ut in
cœlo: quia nullum abſolutum deſinit propter ſolum nouum reſpectum:
operatio autem forma eſt abſoluta: ergo per nouum reſpectum non deſi
nit eſſe licet enim ad operationem aliquis reſpectus & aliqua aproxima-
tio requiratur ubi primo fit non ubi tamen eſt concomitãter: nam apro-
ximatio frigiditatis ad corpus Chriſti in cruce non fiebat in pixide, fri
gus tamen fiebat in Chriſti corpore concomitãter, ut erat in pixide, ideo
reſpectum & aproximationem eſſe oportet, ubi primo fit operatio non
ſic autem ubi fit concomitanter, neq; oportet ibi eſſe ut ſic præſens obie
ctum quod operationem terminet, ſed ſufficit eſſe præſens ut eſt in diſpo
ſitione naturali, in Chriſto ergo ut in ſacrametto concomitantẽr eſt illa
intellectio & illa ſenſatio, quæ ineſt Chriſto in ſua diſpoſitione natutali: ſi
cut eadem diſcontinuatio partium & eadem ſeparatio formæ a materia
uerum animaduerte quod ſenſatio ita ineſt Chriſto ut in ſacramento con
comitanter quod ſibi ut ſic primo ineſſe non poteſt: intellectio autem &
uolitio poſſunt ſibi primo ineſſe ut in Euchariſtia, ratio autem eſt q̃a ſen-
ſatio requirit obiectum corpus a quo ut patiatut oportet paſſum eſſe in
loco, agens. n. reqrit paſſum debite localiter aproximatum: intellectio ue
ro animæ beatæ & intellectus angelici neq; a ſenſu neq; a ſenſatiõibus de
pendet, unde ſicut ãgelus intuitiue poſſet cognoſcer̃ obiectum præſens,
ita anima Chriſti exiſtens in ſacramento ut ſic poteſt intuitiue uider̃ ani
mam ſacerdotis, & angelum hic præſentem quæ ĩ ſeipſis anima ut in cœ
lo ob nimiam diſtantiam intueri non poſſet, & iſtam operationem quam
primo haberet in ſacramento concomitantet haberet ut in cœlo ſicut in
tellectionem quam primo habet in cœlo concomitanter habet in ſacra-
mento: ſed ſenſationẽ a Chriſto primo negare, ut in ſactamento probabi-
lius uidetur: licet oppoſitũ poſſit teneri ſine aliqua ſuſpitiõe erroris in fi
de & illud tenent aliqui pariſienſes quia non minus principiũ poteſt ha-

bere

bere ſuam operationem naturalem quando ſe toto eſt preſens alicui obiecto ꝙ ſi ſecundum unam partem eſt preſens uni parti, ſecundum aliã alteri: corpus autem Chriſti ſe toto preſens eſt toti hoſtiæ & cuilibet parti eius: ſed contra hoc uidentur que perſpectiui cõcedunt. ſ. quod uiſio fiat per modum Pyramidis & quod lineæ protractæ ab obiecto ad oculum, pyramidis figuram haberẽt cuius baſis eſſet in re uiſa conus uero in oculo hæc autẽ nõ uidentur poſſe ſaluari in uiſione quæ fieret in oculo Chriſti ut in ſacramento, ſed bene poterunt fautores opinionis huic rationi ſatisfacere, pars tamen negatiua probabilior uidetur. ¶ Videndum nunc eſt de motu corporali an poſſit ineſſe Chriſti corpori ut in Euchariſtia: & pro ueritate notandum quod motus proprie acceptus ut tamen indifferens eſt ad mutatõem diuiſibilem & indiuiſibilem, eſt tanꝗ ad terminos, ad ſubſtantiam, quantitatem qualitatem. & ubi tamen extenſiue capi poteſt pro aceptione cuiuſcunq; nouæ formæ ſiue abſolute ſiue reſpectiue & reſpectus pertinentis ad ubi proprie uel per quandam ſimilitudinem: his poſitis eſt una opinio quæ cæteris uerior mihi uidetur quæ in aliquibus concluſionibus conſiſtit: quarum prima eſt qđ corpus Chriſti ut in Euchariſtia, poteſt moueri motu proprie ditto a deo nõ ab aliqua uirtute creata, probatur autem iſta cõcluſio quia nulla uirtus creata agit circa corpus quod ſibi non eſt proportionaliter aproximatum, corpus uero Chriſti ut hic nõ eſt in loco ergo nulli localiter aproximatum, quod uero poſſit illud Deus mouere ut eſt in ſacramẽto probatur quia corpus Chriſti ut hic habet omnem diſpoſitionem neceſſario requiſitam ad recipiendum calorem, & conſequenter poteſt Deus illum cauſarẽ, nam poteſt omnem formam cauſare in paſſo, in quo eſt diſpoſitio neceſſario requiſita ad illam. 2. concluſio eſt quod corpus Chriſti ut hic primo mouetˊ motu extenſiue ſumpto: patet inꝗ; iſtud quia cum fides ponat uniformẽ p̃ſentiam corporis Chriſti cum ſpeciebus panis quando hoſtia habet aliã & aliam preſentiam, primo ad aliud & aliud cõtinens, corpus Chriſti qđ eſt uniformiter preſens hoſtiæ habet aliã & aliam preſentiam ad aliud & aliud continens ſed iſto modo non mouetur ab aliqua potentia creata qa licet creata potentia moueat hoſtiam quæ ſibi eſt obiectũ proportionatũ quia tamen corpus Chriſti eſt preſens hoſtiæ preciſæ per actum diuinæ uoluntatis & ut ſic ẽ improportionatũ obiectum uirtuti creatæ ideo nõ eſt uirtus creata que iſto motu moueat Chriſti corpus, ſed Deus nõ noua uoluntate aut nouo miraculo ſed antiquo quo inſtituit corpus Chriſti fore preſens ſpeciebus panis ꝗ diu durant illæ ſpecies: ideo quocunq; moueãtur Deus conſeruat corpus ſuum preſens, mutata tamen preſentia nõ reſpectu ſpecierum panis, ſed continentis, ſicut ſi angelus determinaſſet

Digitized by Google

uni lapidi aſſiſtere quocunq; homines illum per diem defferrẽt eadẽ præ
ſentia ſua uoluntate angelus aſſiſteret: præſentiam continuo mutando re
ſpectu continentis ſicut & lapis cui aſſiſteret & ſi ego mouerem lapidem
non mouerem angelum, ita neq; ſacerdos mouet Chriſti corpus, quod di
uina uoluntate continuo eſt præſens: & non eſt ſibi unitum tanq̃ attus
potentiæ uel pars toti, aut aliqua naturali neceſſitate, ideo ſacerdos mo-
uet quod eſt ſibi proportionatũ obiectum, Deus uero mouet corpus Chri
ſti iſto motu comuni, qui impoſſibilis eſt uirtuti creatæ: alia concluſio eſt
quod corpus Chriſti ut eſt in Euchariſtia cõcomitanter mouet́ omni mo
tu quo primo mouetur in cœlo qui ſit ad formam abſolutam. non autẽ
qui ſit ad ubi nam abſoluta non uariãtur propter nouum reſpectũ neq;
deſinunt eſſe in Chriſti corpore propter nouum modum eſſendi ſuæ rea
lis exiſtentiæ, unde ſi calefit ibi primo aut augetur uel diminuitur hic con
comitanter calefit & augetur: ſi ibi etiam nutritur hic concomitãter nutri
tur, & ſi ibi corrumperetur hic quoq; corrumperetur per ſeparationẽ for
mæ a materia & res primo contenta non contineret́, quia uero motus ad
ubi eſt ad reſpectum extrinſecus aduenientem uariatur per nouum reſpe
ctum adeo quod ſi moueretur de loco ad locum in cœlo, ut hic neq; pri-
mo neq; concomitanter moueretur illo motu, ſed ut ſic poteſt primo mo
ueri motu comuniter ditto, ſed non a potentia creata ut egregij Theolo-
gi ſenſiſſe uidentur neq; ualet eorum fundamentum quod ſufficit, quod
tale mobile per accidens ad motum alterius faciat aliqualiter unum cũ il
lo quod mouetur per ſe quia licet non ſit attus uel pars ſuccedit tñ ſubie-
cto æque inſeparabiliter unitum remanenti ſicut præcedens ſubiectum, li
cet enim corpus Chriſti ſit inſeparabiliter unitum quia tamen eſt contin
genter & diuina uoluntate non uideo cur uirtus creata mouẽs obiectum
proportionatum: dicatur mouere obiectum improportiõatum & ſibi nõ
præſens localiter, neq; aliqua naturali neceſſitate unitũ localiter præſenti
Dei. n. uoluntas eſt quæ conſeruãdo corpus Chriſti præſens ſpeciebus pa
nis, facit illud præſens nouæ parti cõtinentis ſicut de angelo eſt dictum:
quod uero Chriſti corpus ſit obiectum improportiõatum uirtuti creatæ
tam quo ad motum per ſe quam quo ad motum per accidens patet quia
uirtus creata non poteſt ſuper obiectum quod neq; ẽ preſens in ea diſpo
ſitione ut poſſit moueri neq; mobili unitum naturali neceſſitate, unde an
tiquo miraculo corpus Chiſti remanet præſens ſpeciebus panis & illo eo
dem ſit præſens alteri continenti neq; ultra ſe extendit creata uirtus quã
ad motum hoſtiæ: Reliquum diuina uoluntas antiquo miraculo operat́,
unde aut uirtus creata neq; per accidens mouet, aut ualde large per acci-
dens capitur, i. ad motum hoſtiæ ſequitur noua præſentia corporis Chri

ſti

ſti reſpectu continentis undecunq; ſit illa noua præſentia & iſtud nos concedimus:oīno tñ negamus qđ illa noua pñtia ſit ab alia uirtute quam ab illa aqua fuit corpus chriſti pñs ſpeciebus panis:& in illis & in alijs quæ tractari ſolēt de hoc miſterio fidei præ oculis ſemper habenda regula eſt qđ omnis opatio quæ localē approximationē reqrit ut hic inueniri non pt:uñ Chriſtus in ſacro non pōt uti potentijs quæ naturam corporis aiati conſequuntur uñ ut ſic appoſitū panem nō poſſet comedere poſſet tñ hēre ſpiritualem opationem:tñ ex parte principij quā ex parte termini ut poſſet aia Chriſti angelum pñtem illuminare & mentaliter loqui: ſicut unus angelus alteri:qa hæc localem approximationē nō requirunt:poſſet ēt Chriſtus habere aliquam operationem ſpūalem ex parte principij:licet non ex parte termini:nā potentia mouendi nō organica angelis conceſſa:aiabus beatis non eſt neganda:quæ totū mobile æque immediate attingit & non partē per partem ſicut mouet aia coniuncta corpori:& iſta potentia nō organica fortaſſe fuit uſus Chriſtus in uita qñ elapſus eſt de manibus iudeoꝝ uolentium eū præcipitare de Monte ut patet Lucæ. 4. aia ergo Chriſti ut hic non pōt uti potentia organica quæ reqrit partem extra partem ēt in ordine ad locū & per unam partē localiter motā mouet alteram:ſed poteſt uti potentia non organica:& ſcđm iſtam licet non poſſit mouere corpus ſuum quia ut ſic ſolus deus poteſt:tamen poteſt mouere aliud corpus ſibi approximatum licet corpus ſuum nulli ſit localiter proximum cum ſit ſine quantitatiuo modo.

Caput Decimum.

REmanet nunc uidēdum utrū aliqs intellectus creatus poſſit naturaliter uidere exñtiam corporis Chriſti i euchariſtia:& egregij quidam theologi aſſerunt qđ nullus intellectus creatus non beatus pōt uidere exñtiam corpis chriſti:ut in euchariſtia actu tñ beatifico beatus illud cognoſcit qa cognitioni eoꝝ quæ ad fidem ptineāt uiſio ſuccedit in pña:aliter nō euacuaret̃ fides.ſed hæc difficultatē patiuntur:primo quia btifica uiſio an nō btā diſtinguit̃ penes obiectum btificum & ea quæ ſcludunt̃ in illo ut tale eſt ut Trinitas pſonarum & c.quæ ponunt̃ a comuni ſchola Theologoꝝ ad obiectū beatificum ptinere ad obiectū uero btificū ut tale nō plus ptinet eſſentialr uidere ueritatē unius ſacri quā alterius unde ſi eorum omnium de quibus erat fides deberet ſuccedere uiſio:beatus in obiecto beatifico uideret in baptiſmo paruulo infundi gratiam: & ſimiliter confitenti In ſacramento penitentiæ:quæ beatus non cognoſcit beatifica uiſione ſecūdum ſcholam comunem Theologorum præſertim

cum requiratur diſpoſitio recipientis & libera & gratuita dei conceſſio quæ actu beatifico non uidentur: præterea angeli non uident actu beatifi co exiſtentiam corporis chriſti in hoſtia: neq; incarnationis miſterium: qđ non fuit omnibus angelis notum ſed illi tantum qui nuntius fuit beatæ uirgini: aut alteri fortaſſe ſi Gabriel non fuit primi ordinis: & illa reuela- tio non fuit im̃ediate a deo: ergo neq; hoies illa uidēt neq; poteſt dici quod angeli nunc uident illa actu beatifico quia contra illos eſt dicentes quod non eſt poſſibile animam chriſti uidere in uerbo plura nunc quam prius: niſi uideat clarius uerbum nũc quã prius & conſequenter fiat beatior: ul- terius probatur quod intellectus angelicus & anime ſeparate naturaliter poteſt intelligere exiſtentiam Chriſti corporis in ſacramento: quia intelle- ctus qui ſe habet ad intelligibilia: ut ſunt in ſeipſis non pro ut in ſenſib. li- bus: ad quæ ut ſic ſe habet intellectus ſenſibus alligatus: prius intelligit il lud quod eſt in ſe ens prius & prius intelligibile: quia ut habetur. 2. meth. unumquodq; ſicut ſe habet adeſſe ita ſe habet ad intelligibilitatem, ſiqui- dem intelligibilitas entis eſt paſſio quod autem magis participat rõnem ſubiecti a qua pullulat immediate paſſio magis participat paſſionẽ: ſed exiſtentia corporis Chriſti eſt maxime ens ergo maxime intelligibilis: ergo intellectus angelicus maxime & prius illam intelliget: quia eo ordine reſpi cit intelligibilia quo illa ſe habẽt: i intelligibilitate: neq; impedit modus il- le accidentalis præſentialitatis in hoſtia: quia ſubſtantia eſt prior entita- te & intelligibilitate accidentibus: ſed Intellectus angelicus intuitiue põt cognoſcere ſubſtantiã panis præſentem: & conſequenter põt cognoſcere eius abſentiam & qua ratione põt cognoſcere abſentiam ſubſtantiæ pa- nis eadem rõne poterit cognoſcere præſentiam ſubſtantiæ corporis Chri ſti: uel ſubſtantiam præſentẽ quia corpus Chriſti finitum eſt & obiectum proportionatum angelico intellectui: nam inquantum corpus Chriſti non eſt improportionatum neq; cum tali præſentia: quia finita eſt: & li- cet ſit ſupra naturaliter facta: facta tamen non eſt obiectum ſupra natu- raliter cognoſcibile: quia finita eſt ſuccedens præſentie finite ſubſtantie: & totum ens creatum eſt obiectum proportionatum angelico intellectui tam quo ad notitiam intuitiuam quã abſtractiuam ſi eni corpus Chriſti præſens in ſua diſpoſitione naturali angelicus intellectus poſſit intuiti- ue cognoſcere ſimiliter & præſentiam ſubſtantiæ panis: & non per acci- dentia ſed immediate cognoſcendo ſubſtantiam: cur & eandem realiter exiſtentem in ſacramento non poterit intuitiue cognoſcere: eſt enim: ut ſic eadem ſubſtantia quæ de ſe & non merito accidentium eſt intelligibi lis ab intellectu qui in intelligẽdo nõ indiget phantaſia: præterea angelus naturaliter poteſt intelligere incarnationis miſterium, ergo exiſtentiã cor-

poris

Digitized by Google

poris Chriſti in euchariſtia:conſequentia patet quia illud magis accedit
ad naturam infiniti,cum infinitum ſuppoſitum includat, antecedens ue-
ro probatur:quia illi tenent quod Angeli habent ſpecies concreatas, &
quod per illas naturaliter intelligunt & quod quantum intellectus eſt ſu-
perior tanto per pauciores ſpecies intelligit:& quod illa ſpecies repræſen-
tat ſpeciem & indiuidua & eorum accidentia, quæritur ergo ab illis de
ſpeciæ quæ repræſentat humanitatem Chriſti:ſi illa repræſentat ſuppoſi-
tatam ſuppoſito proprio:& hoc non quia naturaliter repræſentaret fal-
ſum:ſpecies a ſolo deo creata:& conſequenter poteſt intellectus angelicus
cognoſcere quod non eſt ſuppoſitata natura proprio ſuppoſito:& habet
unum principium quod intellectus animæ ſeparatæ pt etiam ſcire: ſci-
licet quod omnis natura athoma eſt perſonata:ſed iſta natura Chriſti nõ
eſt perſonata proprio ſuppoſito:ergo ſuppoſito alieno:non creato quia
ſecundum eos non poteſt unum ſuppoſitum creatum terminare depen-
dentiam alterius naturæ creatæ: ergo ſuppoſitum increatum eſt quod
ſuppoſitat naturam Chriſti:& ita angelus naturaliter poteſt cognoſcere
ſaltim deum incarnatum:licet non poſſet cognoſcere uerbum incarna-
tum:ad queſtionem ergo dicendum quod intellectus beatus actu beatifi-
co non uidet exiſtentiam corporis Chriſti in hoſtia,neq; propter hoc fi-
des remanet quia ſic poſſet dici de omnibus quorum nunc eſt fides, & ta-
men eorum omnium non ſuccedit uiſio ſecundum comunem ſcholam: ſa-
tis autem euacuatur fides per uiſionem primæ ueritatis:& cum hoc ta-
men intellectus angelicus poſſet miſterium ſacramenti uidere unde & de-
mones ſuæ naturæ dimiſſi poſſent exiſtentiam corporis Chriſti uidere in
hoſtia:ſicut & cogitationes cordium & miſteria gratiæ poſtquam poſita
ſunt in effectu probabile tamen eſt iquit fundatus doctor Egidius i theo
romatibus quod deus tam excellens ſacramentum celet aliquibus ſub-
ſtantijs ſeparatis & non permittat demones omnẽ illam cognitionem ha
bere,de tali mirabili ſacramento,quam habere poſſent ex naturali eorum
uirtute,& ita forte intelligendum eſt quod Ambroſius & alij dicunt de mi
ſterio incarnationis:quod fuerit incognitum illis quia non fuit pmiſſum
uti uirtute naturali qua poſſent ſi a deo permitterentur: de uiſione uero
corporis Chriſti in ſacramento animaduerte quod quamuis uiſio deno-
minet uidentẽ:ſicut & intellectio qa recipitur:& nõ qa uiſus aut itellectus
actiue concurrit neq; enĩ omnis operatio uitalis indiget principio actiuo
intrinſeco:tamen ubi deus abſoluta potentia cauſaret uiſionem exiſtẽtie
corporis Chriſti in oculo:ſiue glorioſo ſiue non glorioſo & illa exiſtentia
non eſſet ſub diſpoſitione ſua naturali adhuc illa uiſio ſic cauſata non
eſſet corporis ut hic primo quia corpus illud ut hic neq; primo poteſt

uiſionem cauſare neq; primo terminare cum ad utrunq; requiratur debita diſpoſitio:que eſt aproximatio quæ ſine loco non eſt neq; poſſet hoc p miraculũ fieri:qa ut hic eſt,contradictioné implicat ut uiſioné cauſet: aut uiſionem terminet:cũ non ſit hic localiter & ſcd̃m diſpoſitiones requiſitas ad hoc ut aliquid uideri poſſit:nihil enim aliud uideri poteſt ſine uiſibilibus per ſe:uiſibilia auté per ſe ſunt comunia & propria : corpus uero Chriſti ut hic aut nõ habet quantitatem aut non per modum quantitatis neq; colorem per modum coloris & conſequenter non habet ut uiſibilia per ſe ſunt:ergo per illa Chriſti corpus non eſt uiſibile:eſt autem quorundam puerile dictum quod oculus ſaltim non glorificatus:nõ poteſt illud corpus uidere quia uelatum eſt ſpeciebus:ultra quas figi nõ poteſt uiſus: Iam patet quod iſta ratio non concluderet de oculo glorificato:& imaginantur iſti & male quod corpus Chriſti eſt infra ſpecies & ſpecies circumſtent illud & ab oculis mortalium celent,quæ non ſunt digna ut confutétur a nobis .

Caput Undecimũ.

POſtquã de corpore Chriſti ſunt dicta & determinata tot queſita:diſcutiendũ remanet utrũ corpus Chriſti in euchariſtia ſit per Cõuerſionem panis in ipſum:uel q̃uo ſit:modum dicere tantandũ eſt a ſctõꝝ patꝝ ſententia non recedendo:& egregij quidã ſacri doctores tenent quod Chriſti corpus non relinq̃ndo locum propriũ,niſi panis conuerteret́ in illud non poſſet eſſe in ſacro,unde dicunt quod illius ueritas ſaluari nõ poſſet,ſi ſubſtantia panis remaneret & non conuerteret́ in Chriſti corpus: ſed dubitabile inquã iſtud eſt:quia a Chriſto effuxit hoc ſacr̃m & a principio nulla facta eſt mentio de iſta conuerſione:neq; nos cogit ratio eorꝫ quod dicente Chriſto hoc eſt corpus meum,panis non remanet quia eſſet propoſito falſa non enĩ tunc minus uera eſſet quã modo ſit non enĩ nunc accidentia monſtrant́,ſed contentũ ſub accidentibus:ita & contentũ ſub pane demonſtrat́ ubi panis ſubſtantia remaneret,ſiue ergo remaneat ſiue nõ remaneat panis quia de hoc hñdus eſt ſermo,non uı́ mihi ꝓbabile aut ualde tutũ ueritatem ſacr̃i ſaluare,ſola conuerſione panis , ſic q̃d ſine illa ſaluari non poſſit ut aſſerunt,contra q̃d arguitur quia deus poſſet facere corpus ſuum præſens ſpeciebus panis , etiam panis ſubſtantia remanente , non uideo repugnantiam cur id fieri non poſſit cum corpus Chriſti eſſe pñs ſubſtantiæ panis non plus ſit ratio in ſe falſa quam quod ſit præſens ſpeciebus panis:ergo tunc eſſet pñtia corporis Chriſti & tamen non ꝑ conuerſioné ſubſtantiæ panis ergo pñtia illa non eſt ꝑ ſe terminus conuerſiõis ſubſtantiæ:præſertim cũ ſit ſubſtantia poſterior, at iſti dicũt

quod deus non poſſet facere Chriſti corpus præſens ſpeciebus panis eius ſubſtantia nõ mutata niſi corpus Chri localiter moueret a cœlo:ſed hæc nihil ſunt nihilq; pbabilitatis cõtinent:quærimus.n.ab eis qũo conuerſio in corpus chriſti facit ut corpus chriſti ſit hic non qa quantitas panis afficit corpus chriſti ut illa mediante ſit hic:qa ſic eſſet corpus Chriſti localiter:dicunt qa panis ſubſtantia conuertitur in corpus Chriſti ideo fit præſens ubi prius erat ſubſtantia panis:ſed ex hoc potius ur̃ oppoſitum ſeq. ſi.n.corpus Chriſti conuerteret in panem eſſet pñs ſimul cum pane ſpeciebus panis:mõ ſi panis conuertit in corpus Chriſti panis diceť eſſe ubi eſt corpus Chriſti:qđ eſt terminus ad quẽ & non,e ,contra:præterea dicãt iſti qd intelligitur p hoc quod dr̃ corpus Chriſti ſuccedit ſubſtantiæ panis & eſt præſens ſpẽbus illis eſt ne ſubſtentare accidẽtia illa ſine ſubiecto. quæ ſolus deus ſubſtentat:qd facit corpus Chriſti ſine ſubſtantia panis: qđ non poſſit fieri diuina potentia ſimul cũ ſubſtantia panis,& cur tunc oporteret localiter moueri a cœlo:& nõ nunc:eſt quidẽ uoluntarie dictũ: aut aliquem naturæ ordinẽ requirunt in eo q præter naturaliter natus ẽ: & ſi panis conuerſio aliquam opatur præſentiã:potius panis acquiret pſentiam corporis Chriſti in cœlo quã corpus Chriſti fiet pñs ſpeciebus panis:dum enĩ aer in ignem conuertit:aut aqua in aerẽ non ignis tranſit ad ubi aeris:ſed aer ad ubi ignis & aqua ad ubi aeris:ita cũ nutrimentũ: tranſit in ſubſtantiã nutriti eius acqrit conditiones & locum : præterea nonne poſſet deus infinita ſua potentia qua oĩa creauit ex nihilo: panis ſubſtantiã conuertere in Chriſti corpus ut in cœlo eſt:& tunc corpus Chriſti non eſſet pñs ſpeciebus panis : & iſti dicunt qđ poſſet iſto mõ conuertere:mouendo tñ localiter panẽ cum ſuis dimenſionibus ad locũ Chriſti in cœlo & in termino motus ponendo in eodẽ ſitu dimenſiones panis cõuerſi cum dimẽſiõibus corporis Chriſti & tunc ſubſtantia corporis chriſti eſſet ſub ſpeciebus panis ſacr̃aliter & in proprio loco circumſcriptiue: ſed hæc deliramẽta ſunt nam iſti panẽ conuerti uolunt in Chriſti corpus ut corpus Chriſti ſit pñs hic & qđ hoc ſine tali cõuerſione ſaluari non poſſit:& qđ primum eſſe copis Chriſti eſt pmũ nõ eẽ panis:qro ergo ab iſtis ſi iſta cõuerſio eſt natura Et origine prior uel poſterior:ſi poſterior in illo pori eẽt intelligibilis ueritas ſacri:abſq; nõ eſſe panis:ſi eſt natura prior & tanq̃ ratio alterius deus cõuertit panis ſubſtantiã abſq; hoc qđ deferat' i Cœlum:neq; tunc intelligitur corpus Chriſti præſens non requiritur ergo localis aproximatio ſed ſufficit ut uterq; terminus ſit in potentia obedientiali ipſius Dei ergo ſi poteſt conuertere panem in Chriſti corpus ut fiat præſens ſpeciebus panis poteſt eadem uirtute eandem panis ſubſtantiam conuertere in idem Chriſti corpus:ut in cœlo:& ſi nunc acci

dentia & ſubſtantia panis non mouentur cur tunc neceſſarium eſſet
mouere rõnem non aſſignabunt:& ſi neceſſaria eſt iſta approximatio ac-
cidentiũ panis ubi ergo illimitata potẽtia:ubi infinita uirtus æque potẽs
indiſtans ſicut in proximũ:ſiquidem nulli diſtat cum oĩbus ſit præſens:&
eadẽ facilitate qua poſſet panẽ creare uel creatũ anichilare ubicunq; : ita
põt panis ſubſtantiã ubicunq; ſit ad præexiſtens Chriſti corpus conuer-
tere:niſi hoc contradictionẽ diceret q̇d fides catholica non admittit:præ-
terea in inſtanti poteſt deus creare panem in omni ubi, ergo poteſt
in inſtanti: panem creatum in omni ubi ponere & non per motum
localem qui non poteſt eſſe in inſtanti: ſecundum eos non oportet er-
go ut deus moueret localiter panis ſubſtantiam cum dimeſſionibus ſu-
is: præterea ſi panis quantus diuina potentia conuerteretur in cor-
pus chriſti quantũ ut ſubſtantia cõuertatur in ſubſtantiã:& quantitas in
quantitatẽ:corpus chriſti quantũ non haberet ubi circũſcriptiue quod ha-
bebat quantitas panis:ergo ex Cõuerſione ſubſtantiæ in ſubſtantiã: cor-
pus Chriſti non hẽt ubi diffinitiue:ad hoc uero rñdent quod admiſſo ca-
ſu in tali conuerſiõe non remanerẽt aliqua accidentia panis conuerſi:nũc
aũt accidentia remanent:ratione quorũ ſubſtantia corporis Chriſti dr̃ eſſe
ubi erat panis diffinitiue uel alio mõ:ſed hæc rñſio poſita eſt ab eo ut or-
dinate uideat̃ ſatisfeciſſe argumentis:ſed nihil prorſus rñdit ad difficulta-
tem:nã ſi poſſibile eſt ſubſtantiã conuerti in ſubſtantiã,poſſibile quoq; eſt
quantitatẽ conuerti in quantitatẽ nullam enim maiorẽ repugnantiam ui-
deo in hoc quã in illo præſertim ubi intelligat̃ qualis ſit iſta conuerſio de
qua poſterius diſputabo:& ubi ſic eſſet quãtitas corporis Chriſti non ha-
beret ubi quãtitatis ſubſtantiæ panis:ergo ſubſtantia corporis Chr̃i non
hẽbit pñtiam ſibi correſpondentẽ ubi erat ſubſtãtia panis: Immo potius
quãtitas panis eẽt ubi eſſet Chriſti quãtitas & ſubſtãtia ubi ſubſtantia nõ
n.didici ex pipateticis principijs q̇d ex albo fit nigrũ,dicere q̇d uiſum diſ-
gregct:aut hoĩem q nutrit̃ ex carne bouina:bouẽ fieri ſed alimentũ tranſi-
re in ſubſtantiã nutriti didici:& dicãt iſti ſacri doctores pp quid ponunt
q̇d conuerſio ſit neceſſaria:ſic q̇d ſine illa non poſſit ſaluari ueritas ſacri:
aut qa corpus Chriſti non põt ſimul eſſe cũ alio corpe ſub illis accidenti-
bus:aut quia ſubſtantia corpis non poſſit eſſe ſub illis ſpẽbus niſi panis
ſubſtãtia cõuerteretur in illã:aut pp ueritatem uerborũ ſacr̃alium non pp
primum:qa repugnantia duorũ corporũ eſt merito quantitatũ:ſi ergo di-
uina potẽtia corpus Chr̃i põt eſſe ſimul cũ aliena quantitate:tanto facili-
us poterit eſſe ſimul cũ ſubſtantia panis:aut qa non eſt in corpore chri-
ſti:ut in ſacr̃o quantitas:ut aliqui arbitrant̃:aut quia quantitas ſine mõ
quãtitatiuo ergo facilius poterit uel æquali facilitate:ſtare cũ ſubſtãtia pa-

nis

nis ſub ſua quantitate:non propter ſecundum quia ſi conuerſio eſſet rõ præſentialitatis,& panis quantus conuerteretur in Chriſti corpus quantum,hoc circumſcriptiue eſſet ubi erat ſubſtantia panis quanta & ita ſecundum eos cœlum relinqueret:prætcrea res conuerſa eſt ubi eſt res quæ eſt terminus conuerſionis ad quem,& non econtra,non propter tertium, non.n.minus uerificaretur hoc eſt corpus.ſ.contentum ſub hoc pane eſt corpus meum:q̃ nunc uerificetur hoc contentum ſub iſtis accidentibus ē corpus meum,ad hanc uero rationem reſpondent dicentes, quod corpus Chriſti poteſt bene eſſe in altari cum ſubſtantia panis deſcendendo localiter de cœlo faciente deo duo corpora eſſe ſimul,ſed quod maneat in cœlo localiter & ſit in altari ſacramentaliter cum ſubſtantia panis non poteſt eſſe unde impedimentum non eſſendi ibi ſacramentaliter non eſt quãtitas ſed ſubſtantia:ſed horum ſententia ſtare non uidetur,quia ſubſtantia panis poſt conuerſionem nihil eſt in ſe,nihil eſt in Chriſti corpore, nõ enim per conuerſionem in Chriſti corpus hoc augetur quid ergo facit & qũo , ut merito illius dicatur præſens ſubſtantia corporis Chriſti: præterea ſi uirtus ſacramentalis attingit ſolum non eſſe panis ſub ſpeciebus non eſſe autẽ panis abſolute eſt merito corporis Chriſti,non ideo corpus Chriſti erit præſens quia panis conuertitur, ſed quia corpus Chriſti eſt præſens ideo definit eſſe panis & hoc eſt conuerti in ſubſtantiam corporis Chriſti ſi recte contemplabimur,& ſi nõ eſſe panis eſt propter hoc quod Deus ſubtrahit ſuum influxum quo cunta ſuſtinet ad hoc uidetur per accidens ſequi præſentia corporis Chriſti merito terminorum, ſed q̃d ſequatur eſt Dei uoluntate & Chriſti ordinatione,& non ratione cõuerſionis,quaſi uelint iſti ad naturæ ordinem,effectum ſupra naturalẽ reducere quem ſola fide tenemus unde fidei miſterium appellatur: præterea ſola quantitas facit diſtare,& per conſequens ſola priuatio quãtitatis uel modi illius facit eſſe preſens huic,abſens uero illi, ad hoc uero ſolus deus operatur & conuerſio nihil facit iſti uero dicunt quod panis conuertitur in corpus Chriſti non abſolute ſed ſecundum eſſe q̃d habet in altari ita q̃d terminus ad quem eſt ſubſtantia corporis Chriſti ſub tali modo eſſendi, dicunt ulterius ad iſtud ultimum de quantitate,quod per carentiam quãtitatis aliquid eſt indiſtans,non tñ eſt alicui præſens,niſi habeat immediatum ordinem ad illud ſed hæc ſtare non poſſunt in parte , & in parte non ſunt ad propoſitum quia ſi terminus conuerſionis eſt ſubſtãtia corporis Chriſti præſens quero de pane,panis non remanet ſecundum aliquid ſui, & hoc uirtute diuina quæ ſola poteſt ſubtraere in fluxum ſuum terminus eſt ſubſtantia,non ſecundum eſſe ſubſtantiæ ſed ſecundum eſſe præſens, iſta præſentia a ſolo Deo fit,nec quid conuerſio operetur ĩtelligo,quæ ĩ

præteriſt & in corpore Chriſti non facit aliquid propter quod nũc poſſet
dici præſens plusq̃ ante, quod uero dicunt de quantitate uerũ eſt ſed qđ
aliquod q̃tum abſoluatur ab uſu quantitatis, reſpectu huius & nõ reſpe
ctu illius, non eſt merito conuerſionis panis, quia ſi Deus ad hoc concur
reret, & quantitatem a modo quantitatiuo non abſolueret, non eſſet chri
ſti exiſtentia ſub modo ſacramentali: poſtq̃ ergo uiſum eſt, quod ſiue an-
nihiletur ſiue non panis ſubſtantia ſed conuertatur in corpus Chriſti ſiue
remaneat poteſt ueritas ſacramenti ſaluari. nunc ueniendum eſt ad mo-
dum qui magis probabilis uidetur, nam ſi Deus poteſt facere idem cor-
pus ſimul in pluribus locis localiter, tantomagis poterit illud facerẽ præ
ſens pluribus ſacramentaliter, ita quod Chriſtus qui inſtituit ut quando-
cunq; ſacerdos ſuper debitam materiam proferret, uerba ſacramentalia
fieret ſacramentum: uult ut deſinat ſubſtantia panis cui ſuccedat ſubſtan
tia corporis Chriſti, ut ibi ſit realiter præſens. modo tamen ſacramentali
& ſit cum omnibus accidentibus ſuis abſolutis & dotibus gloriæ: Modo
tamen ſit quantitas ſine modo quantitatiuo aut quod licet quantitas ſe-
cundum inhærentiam non ſit ſeparata a ſubſtantia non tamen ibi ſit neq;
ex ui ſacramenti neq; concomitanter ut opinatur durandus, quia ergo di
ſtantia, & propinquitas localis merito quantitatis eſt nam quãtitate ſub-
lata neq; locus remanet neq; eſſe in loco neq; propinquum neq; diſtans
localiter remanet alia præſentia realis in plus. n. eſt realis præſentia q̃ lo-
calis nam remota quantitate hæc non eſſet illa uero eſſet etiam cũtis cor-
poribus anihilatis. & unus angelus poteſt eſſe realiter præſens uni & nõ
præſens alteri, ſecundum realem præſentiam quæ ſuæ naturæ conuenit,
& anima uere realiter eſt præſens corpori & cuilibet eius parti ẽ tota præ
ſens quæ tamen nõ eſt comenſurabilis loco. ſubſtãtia ergo corporis Chri
ſti remota quantitate licet non ſeparata ſecundum inhærentiam aut abſol
uendo quantitatem a ſuo modo quantitatiuo aut quia cõcomitãdo ſub
ſtantiam erit per modum ſubſtantiæ ut aliquibus placet, & omnes ſunt
modi probabiles ſecundus autem eſt cæteris probabilior, erit in ſacramẽ
to altaris quia Deus poteſt dare unam habitudinem realem reſpectu ſub
ſtantiæ reſpectu cuius poſſit dici præſens uni rei ut ſunt ſpecies panis &
non dare illam reſpectu quantitatis ſuæ & hoc uel ratione conuerſionis
ut quidam opinantur uel alio modo & illud ita fiet ſicut ſi ſubſtantia cor
poris Chriſti uere eſſet non quanta & ita poſſet illam habitudinem & illũ
ordinem dare ſi ſubſtantia panis remaneret ſicut non remanendo & tunc
neq; panis conuerteretur in Chriſti corpus neq; econtra & ſufficeret mu-
tatio ſecundum ſubſtantiam corporis Chriſti non abſolute: ſed ſecũdum
realem præſentiam & realem habitudinem: ſatis. n. durum eſt & uidetur

imẽſitati diuinæ potentiæ derogare dicere quod ſola conuerſione poteſt Deus facere corpus Chriſti in ſacramento, neq; facile eſt humano intellectui uidet̃ quid faciat iſta cõuerſio panis q̃d ſine illa fieri nõ poſſit a deo cum panis non remaneat neq; ſecundum materiam neq; ſecundum formam, neq; unitur corpori Chriſti, neq; a uerbo abſumitur ut quidam imprudenter audent dicere:& facilius eſſet imaginari per illam conuerſionem, quod ubi eſt ſubſtantia corporis Chriſti ſit panis, quam econuerſo tamen quia factũ determinauit Eccleſia quæ errare non poteſt: non negamus quod ſubſtãtia panis tranſubſtantietur in ſubſtantiã corporis Chriſti ſed negamus quod alia uia fieri non poſſet, & negamus iſta ratione fieri corpus Chriſti preſens, ſed dicimus utrunq; fieri a deo & nõ unum ratione alterius quomodo autem ſit poſſibilis iſta tranſubſtantiatio, nõ erit difficile intelligere, neq; oportet recurrere ad dicendum quod materia ut eſt, quid ẽ omnino indiſtincta & quod Deus agit in illã ut indiſtinctã, quia non agit per motum:& ſicut poteſt formam deſtructã eãdem numero reducere in ſuam materiam, ita poteſt inducere ad quæcunq;:& ad eandem formam numero ſequitur eadem materia numero, ergo poteſt facere ut quæcunq; forma ſit in quacunq; materia ſic quod forma corporis ponitur in panis materia & p hoc illa materia fiat iſta, ſed iſta opinio difficultates patitur, quæ ſunt in philoſophia conſiderande. ſi. n. intelligit materiam ſecundum numerum indiſtinctam contradicit Ariſt. 12. Meth. & primo Phi. & primo de gener. alia enim eſt materia tua alia materia mea, ſi uero intelligit quod non ſit alterius rationis, & opiniõi non pdeſt & neq; Deus ſolus materiam reſpicit ut ſic nam & agens naturale attingit materiam ut eſt quod quia ut ſic formam inductam uel eductam recipit licet paſſio fuerit recepta in quanto in quo recipitur alteratio dicendum ergo q̃d poſſibilis ẽ iſta cõuerſio ex plẽa obedictia ſubſtãtiæ panis & ſubſtãtiæ corporis Chriſti reſpectu Dei, iſta autem tranſubſtantiatio nõ eſt ad ſubſtantiam tanq̃ recipientem eſſe, ſed eſſe hic unde terminatur ad ſubſtantiam ſecundum præſentiam tamen & iſto modo nihil prohibet ut trãſubſtantiatio fiat in præexiſtẽs, & hoc eſt dicere ubi prius erat ſubſtantia panis non eſt nunc ſed ſubſtantia corporis eſt præſens realiter ſacramentaliter, & hoc diuina potentia, & hoc quandocunq; ſacerdos ſuper debitam materiam profert debitam formam, ita quod deſitionem panis & ſucceſſionẽ corporis Chriſtiq; conuerſionem appellant deus immediate operetur & unum poſſet a reliquo ſeparare:illa uero præſentia corporis Chriſti exponenda eſt per hoc quod ſpecies panis ſunt & corpus Chriſti eſt, & inter illa nihil mediat & ſimilis eſt præſentiæ qua prius natura ẽ præſens anima corpori q̃ animet.

Caput Duodecimũ.

REmanet nunc uidendum, ſi in iſta conuerſione panis anihilatur, & antiquitus uariæ ſunt habitæ de hoc opiniones omnes tamẽ in hoc conueniebant quod ibi eẽt uerũ Chriſti corpus, ſed una aſſerebat qđ ſimul cum Chriſti corpoꝛ remanebat ſubſtantia panis alia uero dicebat quod ſubſtantia panis deſinebat eſſe uel per reſolutionem in præiacentẽ materiam uel per anihilationem uel per corruptionem in aliud: nunc uero Eccleſia nos certificauit: quod ſubſtantia panis non remanet cõtra primam opinionem, neq; anihilatꝛ contra aliam opinionem, ſed in corpus Chriſti conuertitur: ſed quomodo panis in hac conuerſione non anihiletur uariæ ſunt doctorum ſententiæ, aliqui ſunt qui dicunt qđ panis ſubſtantia nõ anihilatur propter hoc quod ibi ſuccedit ſubſtãtia corporis Chriſti: ſed propter hoc non uidetur quod panis non anihiletur quia qđ præfuit & modo nihil eſt neq; in ſe neq; in alio uerꝰ anihilatur ſed panis in inſtanti conuerſionis nihil eſt in ſe neq; aliqua eius pars cõiungitꝛ Chriſti corpori, ergo anihilatꝛ niſi nomine anihilationis uelint abuti: ſi uero dicatur ut de facto dicunt quod non anihilatur, quia terminus ad quem conuerſionis eſt ſubſtantia ſed hoc quid ad ſubſtantiam panis, accidit. n. ut non eſſe panis concomitetur ſubſtãtia corporis Chriſti, ſunt. n. hic duæ mutationes una ab eſſe panis ad non eſſe panis ſecundũ omnes eius partes eſſentiales, alia eſt a non eſſe corporis Chriſti hic ad eſſe eiuſdẽ hic iſtæ duæ mutationes per accidens & extrinſece non naturali neceſſitate ſe cõſequuntur, licet ergo ſuccedat ſubſtantia corporis Chriſti non minus tamẽ intrinſece eſt non eſſe panis ſecundum omnes eius partes, q̃ ſi non ſuccederet, ubi itaq; eſſet prima ſola mutatio eſſet anihilatio, ergo & nunc cum eodem modo intrinſece deſinat cur ergo non anihilatur: prætérea pono caſum quod deus qui nunc ita operatur ut iſti dicunt uelit facere Chriſti corpus præſens ſpeciebus panis & uelit anihilarꝛ panem, cur. n. illud uolendo hoc non poſſit non uideo cum libere comunicet eẽ & libere poſſit ſubtrahere influxum ab eſſe panis & tunc quid plus faceret deus q̃ modo faciat, nonne ſubtrahit influxum ut panis deſinat ſecundum omnes eius partes, quod & nunc faceret, ergo etiam nunc anihilatꝛ, prætérea ſi abſq; aliqua ſucceſſione uellet anihilare panem. panis deſineret ſecũdum omnes eius partes eſſentiales ergo & modo anihilatur cum ſecundum illas partes omnino intrinſece deſinat: prætera ſi in corruptione materia deſineꝛt eſſe ſicut forma corruptio eſſet anihilatio, ſed ſecundum horum opinionẽ materia & forma panis deſinunt ergo ſubſtantia panis uere anihilatur & iſti dicunt non anihilatur quia anihilatio eſt uerſio in nihil, hæc autem eſt

uerſio in aliquid,ſed ita dicere eſt dificultatem uerbis non cōceptibus eno-dare,quia ſi materia ſubſtantiæ panis non anihilatur,ſed conuertitur aut eſt quia manet non in ſe,ſed in ſuo ſimili quia.ſ.remanet materia corpo-ris Chriſti,aut quia ex illa & alia materia efficitur unum uel ratiōe formæ ut quidam arbitrantur,aut ratione abſumptionis in eodem ſuppoſito ut aliqui imaginantur & male,ſi primo modo dicunt anihilatio non minus remanet,nam ſi Deus unam materiam anihilaret nō minus alia materia remaneret neq; magis propter hoc poteſt dici conuerti in hanc materiā q̃ in illam eiuſdem ratiōis:ſi ſecundo modo ergo panis non deſinit ſecun-dum omnes eius partes eſſentiales ut illi fatentur in.4.ſ.& corpus Chriſti continuo augeretur & diminueretur per aditionem & ſubtractionem no-ue materiæ quæ ridicula ſunt neq; oportet tot miſteria incarnationis ſine neceſſitate multiplicare at iſti dicunt quod neutro modo materia conuer-titur in materiam,ſed per hoc quod in eam tranſubſtantiatur inquātum per deſitionem materiæ panis fit præſens materia corporis Chriſti reali-ter ubi alia erat localiter,& hoc conuerti nominant iſti fauctores opiniōis: ſed quid ad dificultatem ſi materia panis tranſubſtantiatur p hoc quod ubi erat materia panis localiter eſt materia corporis Chriſti ſacramentali-ter non tamen minus dicitur non eſſe materia panis ubi non eſſet ibi cor-pus Chriſti & panis uere eſſet anihilatus nam illud quod prius fuit aliqd & poſtea eſt nihil uere anihilatur ſed per eos ſubſtantia panis ante cōſe-cratiōem fuit aliquid poſt conſecrationem uero eſt nihil quia neq; in ſe neq; in alio remanet quia non in corpor̄ Chriſti in quo nihil plus poſt cō-ſecrationem eſt q̃ ante ſed ſola noua realis præſentia eſt ut dicunt iſti qa licet ſubſtantia panis poſt conſecrationem nihil ſit illud tamen in quo cō-uerſa eſt in quo potentialiter manet eſt aliquid & ideo non eſt anihilata: ſed ſi Deus omnia anihilare poteſt:quomodo deus poſſet aliquid anihi-lare remanente materia in qua potentialiter continetur, neq; ſubſtan-tia panis plus continetur in materia corporis Chriſti ubi eſt in ſa-cramento q̃ alibi & quam ī materia corporis Socratis, ſi ergo propter il-lud non anihilatur panis nunq̃ poſſet Deus ſolum panem anihilar̄,quia remanet aliquid in cuius materia potentialiter eſſet:cōuerſionem uero ab illis poſitam ipſimet in.4.ſ.declarant dicentes quod illa conuerſio eſt qđ ubi erat panis eſt corpus Chriſti ſacramentaliter,& hoc eſt ſubſtantias in præſentijs ſe ſuccedere:ſed ſubſtantiæ poſterioris præſentia non eſt aliqd pertinens ad ſubſtantiam priorem,ergo propter illam non minus dicit̄ panis,anihilatus,præſertim cum terminus ad quē ſit incōpoſſibilis termi-no a quo ſecundum iſtos neq; dicit̄ aliquitas eius ut Henricus.d.ſolem-nis arbitratur,qa terminus ad quē potius includit non eſſe termini a quo

ꝙ eius aliquitatem, præterea cuius eſt aliquitas illud ea eſt formaliter ali-
quid, ſi ergo corpus Chriſti dicatur aliquitas ſubſtãtiæ panis quæro quid
eſt illud quod dicatur illa aliquitate aliquid non panis quia nõ eſt neq; ſe
cundum totum, neq; ſecundum partem, quare non poteſt panis aliquid
formaliter dici aliquitate corporis neq; illud quod fuit & non eſt ſubſtan-
tia panis: neq; poteſt dici corpus Chriſti illa aliquitate aliquid, qa illa ali-
quitas non eſt aliquitas panis qua corpus Chriſti dicitur aliquid & non
ſaluaret quod panis non anihiletur quod intendit ille. d. & ſi panis nõ ani
hilatur propter aliquitatem corporis quæ eſt aliquitas panis qua dicitur
aliquid, & non nihil, uel ergo dicitur res quiditate panis, & ſic panis non
eſt conuerſus quia quiditatiue remanet & hoc non quia ſunt qditatiue di
ſtincta aut ergo iſte doctor nihil dicit, aut uerbis utitur nihil ſignificanti-
bus, propterea ſunt alij duo dicendi modi, qui fortaſſe declarãt primum
modum antea recitatum: primus eſt quorundam pariſienſium quod ani
hilare aliquid dupliciter potèſt intelligi, uno modo quia deſinit ſecundũ
ſe & quodlibet ſui ſic quod redigatur in purum nihil ſicut erat ante crea-
tionem mundi, ſic quod nihil eius penitus remanet in natura & fit a cau-
ſa non requirente materiam & iſto modo anihilatio differt a corruptione
totius quod ſecundum materiam remanet & a corruptione forme ſubſtã
tialis que fit a cauſa naturali quæ etiam per ſe non generatur neq; corrũ
pitur niſi in ratione termini exiſtẽtis ideo licet iſta fiat ſic quod nihil eius
præerat quia neq; pars eius neq; tota latitabat in materia ut quidam phi
loſophi opinabantur, neq; eſt realitas a materia non diſtincta neq; eſt tã-
tum gradus eius ut quidam opinantur, non tamen creatur ſed uel a uir-
tute ſeminis uel ab aliqua intellegentiarum uel alio modo educitur de po
tentia paſſi ita quod in inſtanti completa alteratione ab agente produci
tur forma quia producebatur & factis diſpoſitionibus pullulat quaſi for
ma in materia, quod educi de potentia materiæ appellant phi. iſto ergo
primo modo accipitur anihilatio, ſecundo modo accipitur ut nõ ſolum
neget eſſe anihilati ſecundum totum & quamlibet eius partem, ſed etiam
negat ſucceſſionem cuiuſcunq; poſitiui: & iſto modo nihil quod in aliud
conuertitur anihilatur quamuis ſimpliciter deſinat ſecundum eſſe, iſta di
ſtinctione reſpondetur ad principale queſitum quod accipiendo anihila-
tionem primo modo panis uere anihilatur in conuerſione iſta ad corpus
Chriſti: neq; credo quod fuerit intentio eorum qui poſuerũt primam opi
nionem iſtud negare: iſta uero cõcluſio probatur: quia ſubſtantia panis
uere redigitur in nihil, ergo uere anihilatur, ab intellectu & deſcriptiõe ter
mini ad deſcriptum terminum antecedens probatur, quia ſubſtantia pa-
nis non uerius habet eſſe in corpore Chriſti ſuccedente ꝙ habeat poten

tia

tia creatiua dei:in quo ſunt omnes formæ actu in materia uero ſolum in potentia ut patet.12.Meth.ſed ſtante illa potentia dei panis uere anihilat:aliter deus nihil poſſet anihilare:quia oē anihilatum remanet in creatiua dei potentia:ergo non obſtante eſſe quod dicitur habere in corpore in quo non plus eſt quam in materia leonis:panis uere anihilatur: præterea ſi ille panis nunc iteꝝ de nouo fieret claꝝ eſt quod non gñatione fieret quia gñatio ſupponit materiam:ergo ſi fieret a ſolo deo creatione repararet:ergo uere fuit anihilatus:qa nihil quod eſt terminus, a quo creationis eſt eiuſdem rõnis cum termino ad quē anihilationis:ſi ergo primo modo capitur anihilatio ſic panis anihilatur:& in hanc opinionē deuenit Gabriel in inſigni ſuo tractatu aut alterius de Canone miſſæ:ſi uero capiatur anihilatio ſecundo mõ ut.ſ. negat ſucceſſionem entitatis poſitiue ſic negandum eſt qđ panis anihiletur:qa licet panis ſcđm totum deſinat: quia tñ hæc deſitio panis ordinaẗ ad præſentiam corporis Chriſti quod ibi ſacramētaliter ſuccedit non dicitur anihilari:ſi uero aliquis diceret ut multi de facto dicunt: quod deſitio panis eadem eſt: ſiue ſuccedat ſiue non ſuccedat alia entitas poſitiua ergo omnino anihilatur etiam ſi alia poſitiua entitas ſuccedat: quia eadem præciſe mutatio:dicendum quod deſitio panis ſemper eadem eſt:& Terminus intrinſecus idem qui eſt non eſſe panis:ſimpliciter propter hoc tamen panis non ſortitur eandem denominationem connotatiuam anihilatio enim connotatiue negat ſucceſſionem entitatis poſitiue:ideo ſuccedente aliquo poſitiuo non dicitur anihilari propter defectum connotati: & ſicut columna in ſe non uariata nunc dicitur dextra nunc ſiniſtra: ſola mutatione facta in animali:ſic eadem deſitio panis dicitur anihilatio: ſi alia poſitiua entitas non ſuccedit:ſi autem ſuccedit non dicitur anihilatio: & ſi iſto modo non intelligit ſanctus Thomas:puto quod difficillimū erit.Ioanni Tholoſano & alijs fautoribus illam opinionem tenere: eſt alius dicendi modus non minus probabilis quā præcedens quem ſequitur Ioannes Scotus:quod panis hac conuerſione non anihilatur conuerſio enim iſta & tranſubſtantiatio:eſt ſubſtantiæ in ſubſtantiam:non ſecundum eſſe ſimpliciter ſed ſecundum eſſe hic:ita quod ſicut terminus ad quem eſt corpus Chriſti ut hic ita terminus a quo ut hic deſinit eſſe ut terminus conuerſionis eſt:ſicut ergo hac conuerſione poſitiua mutatione non acquiritur ſimpliciter eſſe corporis Chriſti:ſed eſſe hic: ita mutatione deperditiua quam iſta conuerſio includit: ut tranſlatiua tranſubſtantiatio eſt: panis non perdit eſſe ſimpliciter: ſed eſſe hic: ſicut tantum eſſe hic acquirit corpus Chriſti quia ergo per hanc conuerſionem: ut tranſlatiua eſt non acquiritur neq; deperditur niſi eſſe hic, ſequitur quod per hanc

Conuerſionem ut hic eſt, non deperditur eſſe ſubſtantiale panis. Ideo pa
nis hac conuerſione non anihilatur: quia tamen panis non acquirit aliud
ubi ſicut Chriſti corpus non amittit ubi quod habet in cœlo: & deſinit eſ
ſe ſecundum eſſe ſubſtantiæ: neceſſe eſt dicere quod alia deſitione deſinat
ſubſtantia panis: ita quod prima eſt ab eſſe hic ad non eſſe hic ſecunda:
uero ab eſſe ſimpliciter ad non eſſe ſimpliciter: & licet iſtud non eſſe ſe-
quatur ad præſentiam corporis Chriſti non tamen ſequitur ut terminus
eiuſdem generis: ſed eſt alia deſitio quę licet ſecũdum ſe ſit anihilatio: iſta
tamen conuerſio quę tantum eſt ad eſſe corporis Chriſti hic, & ad non eſ
ſe panis hic ut deperditiua anihilatio nõ debet appellari: ſicut neq; ut po
ſitiua debet creatiua uocari: & ſi iſta conuerſione ut tranſlatiua eſt panis
anihilaretur illa non poſſet eſſe in præexiſtens tanquam in terminum ad
quem ſi enim hac conuerſione ut ſic terminus a quo ſimpliciter deſineret
eſſe: etiam terminus ad quem deberet etiam ſimpliciter ſecundum eſſe in
cipere ſi quidem tranſubſtantiatio eſt: & iſto modo patet quomodo pa-
nis ſecundum nihil ſui remanet & tamen hac conuerſione non anihilatur
& ſi illi duo modi tibi non ſatisfaciunt & habes alium probabiliorem il-
lum audire non recuſabo: ſed annotatione dignum cur eccleſia articulũ
de ſacramento euchariſtiæ limitauit ad tam difficilem intellectum cũ lon
ge facilier fuiſſet oppoſita uia adhoc autem dicunt quidam ſacri docto-
res: quod opinio tenens ſubſtantiam panis remanere cum corpore Chri-
ſti eſt inconueniens: Impoſſibilis & heretica: inconueniens quidem, quia ſi
panis ſubſtantia remaneret eſſet cauſa idolatriæ quia Chriſto cultus la-
triæ debetur. Item tollit ſignificationem eius ſacri debet enim illud primũ
ſigñare corpus Chriſti, ut primum ſigñatum: ubi autem eſſet ſubſtantia
panis illa haberet rõnem primi ſigñati: item tolleretur debitus uſus ſacri:
qui eſt ut ſit cibus ſpũalis: tunc autem eſſet Corporalis: & ſic iſti inconue
nientiam probant: impoſſibilis uero opinio eſt: quia nihil põt incipere eſ-
ſe ubi prius non fuit niſi per ſui mutationem uel alterius in ipſum: hereti-
ca uero eſt opinio ꝑpter uerba Chriſti inſtituentis dicentis hoc eſt corpus
meum: ſed iſte rõnes non ſunt efficaces: prima qdem non qa ſunt ẽt acci-
dentia ſenſibilia quæ tũ non adorant́ ſed corpus Chriſti: ita non adorare
tur panis: ſed corpus Chriſti contentũ ſub pane quanto & quali nam &
ſimplices: oĩa quæ poſſunt intelligere de accidentibus poſſent ẽt intellige
re de ſubſtantia panis: & ita non adorarent panem ſicut neq; nunc ado-
rant albedinem: præterea ſimplices in fide eccleſiæ adorant: quæ eſt in cũ
ctis edocta: ſecunda ratio minus ualet quia ſaluaretur ſignificatio natura
lis quę nunc non ſaluatur: & ſignificatio ex inſtitutione Chriſti pri-
mum ergo ſignificatum ex inſtitutione corpus Chriſti eſt: ſ.gñ.tiõis uero

naturalis

naturalis panis eſt:& illa ſignatio remanet in accñtibus alia rõ nihil pro-bat:nã nunc fidelis & infidelis nutriret ex illis hoſtijs:& tñ fidelis non negaret qd ſub illis eſſet cibatoriũ uerbum aĩæ:archanũ fidei qd uitam præſtat aiæ : alia rõ quæ ĩpoſſibilitatem probat non concludit primo qa idẽ corpus põt eſſe ſimul in pluribus locis:ut in prima.q.probauimus:præterea ad hoc ut ſit pluribus ſacr̃aliter præſens ſufficit potentia dei & obediẽtialis potentia reꝝ: abſq; hoc qd moueatur Chriſti corpus de cœlo : & illa famoſa coꝝ propoſitio nihil eſt ubi prius non erat niſi ipſum mutet uel alteꝝ mutet ĩ ipſum:quo ad immenſam dei potentiam eſt falſa & ab eis erat probanda:ultima uero rõ quæ probat qd ſit heretica eſt paruæ firmitatis,nã ita ueꝝ eſſet dicere hoc contentũ ſub pane quãto & quali eſt corpus meũ:ſicut hoc contentũ ſub quantitate & qualitate eſt corpus meum neq; ẽt ubi dixiſſet hic fuiſſet propoſitio falſa ut recte aĩaduertunt pariſienſes:magis tñ ueritas exprimit dicendo hoc quã dicendo hic : appoſuit enim hoc ut corpus Chriſti non panẽ inſinuaret:dico ergo ad dubiũ qd eo ſpũ ſunt expoſite ſcripturæ quo & cõdite & ita eccleſia ſpũ ſancto moderata expoſuit iſtum articulũ:ad hunc intellectum limitando non enim erat in ptãte eccleſiæ facere uel nõ facere hoc ueꝝ.ſed ſpiritu ſcõ reuelante iuxta promiſſionem dñi eccleſiæ factam in perſonis apoſtoloꝝ eccleſia ueritatẽ manifeſtauit in gremio eius qeſcentibus:& ita utimur eccleſia & concilijs non tanq̃ hñtibus poteſtatem ſup aliquam ueritatem catholicam:ſed tanq̃ fideli teſtimonio dicente nobis occultã ueritatem : qa ergo eccleſia determinauit panis ſubſtantiã non remanere neq; anihilari quia entitas poſitiua ſuccedit illi ſcđm nullam partẽ eſſentialem remanẽti aut qa hac conuerſione ut trãſlatiua eſt non anihilat:ſed in chriſti corpus cõuertitur:de neceſſitate:ſalutis exiſtimo illud credere:cum ille approbauerit cui datũ eſt:a Chriſto fidẽ confirmare:de ſacr̃is enim ita debemus ſentire ſicut ſentit ſcã Romana eccleſia:hæc aũt determinauit panẽ tranſubſtantiari in corpus dñi: & uinum in eius ſanguinẽ:ipſe enim Ieſus Chriſtus ſacerdos ẽ & ſacrificium:cuius corpus & ſanguis in ſacr̃o altaris ſub ſpẽbus panis & uini ueraciter cõtinentur ſtatim tranſubſtantiatis pane in corpus & uino in ſanguinẽ poteſtate diuina teſtat autẽ iſtud nr̃a diligens mr̃ eccleſia q̃ ſine ruga:& in qua nulla eſt macula qa chr̃i ſponſa:& iõ amplectamur & tanq̃ catholicã ueneremur:licet difficilis ſit intellectionis captiuare tñ oportet ĩtellectũ in obſequm dei ſcđm præceptũ apoſt. 11. ad Corinth. 10.nõ ego nos perterreat difficultas neq; repugnantia ſenſibus : ſed fateamur deum poſſe:quæ nos intelligere non ualemus eius enim potentia naturæ:& intelligentiæ facultatem excedit:non eñi colimus creaturam aut opera manu facta ſicut antiqui idolatre manibus edificantes ſi-

bi deos:& tanquã in illis aliquid numinis eſſet uenerantes.

Caput Decimũtertium.

NVnc ueniendũ eſt ad accñtia quæ remanent poſt conſecrationem: & queritur prio an accñs poſſit eſſe ſine ſubiecto, circa quod aiaduerte qđ philoſophi illud oino reputant tanq̃ꝫ impoſſibile qui fortaſſe nõ male ſenſerunt cũ in lumine naturali teꝝ naturales potentias rimarẽtur: quia tñ reuelata ſunt paruulis:q̃ ſapientibus mundi huius ſunt abſcondita:ideo fides nſa iudeis eſt ſcandalũ græcis aũt ſtultitia:nõ erit inutile aliquas rationes adducere ex rõnibus terminoꝝ ex q̄bus pateat qđ non eſt impoſſibile accñs ſeparari & conſeruari ſine ſubiecto:ſic qđ ſit cõceptus contradictionẽ includens. primo ergo ꝓbamus quod ſubiectum non ſit de eſſentia accidentis:& qđ inherentia neq̃ꝫ actualis neq̃ꝫ aptitudinalis ẽ de eſſentia accidentis denominatiue ſumpti ſiue ſit abſolutum ſiue reſpectiuum. primum in quã probatur:quia ſi ſubiectum eſſet de eſſentia accidentis:ex accidente & ſubiecto fieret unum per ſe non unum p accidens. contra Ariſt. 5. Meth. cap. de ente & uno. & .7. Meth. conſeq̃ntia patet qa adendo illud qđ eſt de eſſentia illi de cuius eſſentia eſt non fit unum p accidens ſed p ſe:neq̃ꝫ ſubiectum poneretᷣ in diffinitione accidentis ut aditũ: non enim aliquid ponitur ut aditum:in diffinitione illius cuius eſſentiam ingreditur:ſed Ariſt. 7. Meth. dicit accidens diffiniri ex additione per ſubſtantiam ergo ſubiectum non eſt de eſſentia accidentis unde patet quam ſit puerile dictum cuiuſdam expoſitoris dicit enim iſte quod ſubiectum reſpectu accidentis in concreto eſt genus reſpectu uero illius in abſtracto eſt differentia:& ſi ipſe intelligit ut ur̃ intelligere peripateticoꝝ mentẽ non attingit & ſi ſe profiteatur ſummum peripateticum:& hæc de accidentibus non dixiſſet:ſi naturam concreti & abſtracti animaduertiſſet concretum enim & abſtractum quo ad uim ſignificationis primo formam ſignificant:licet ſecundum modum ſigñandi differant in tñ quod concretum rõne modi ſigñandi aut ſigñat formam ut denoĩat ſuppoſitũ ut tenet.d. aut primo ſubiectum ſigñat, uel actu includit, & cõnotat qđ abſtractũ includit ſolum in potentia dat autem ſolum intelligere formam & propter iſtam diuerſitatem repertam inter abſtractum & concretum, logicus fortaſſe qui res non ſcđm ſuas naturas conſiderat:ſed ſcđas intentiões adiũctas primis concretũ a gñe excluderet abſtractũ ſolũ in gñe reponẽdo: qa accñs concretiue acceptũ plura dicit q̃ diuerſoꝝ ſunt gñeꝝ:ideo a genere uno excluditur:Methaphyſicus uero qui res ſecundum ſuas naturas conſiderat & eſſentias & non ſcđm modum ſignificãdi concretum & abſtra

ctum

Digitized by Google

ctum reponit in genere,res enim per ſuam eſſentiam ingreditur uel egreditur rem generis:& non per modum ſignificandi ideo uarietas modi nõ facit uarietatem Meth.qui contẽplatur primum ſignificatum concreti & abſtracti illud uero ex ui ſignificationis eſt forma non aggregatum ex rebus diuerſoꝝ generꝝ:ſicut iſte optimus Meth.credidit:unde ſequitur ad illum qđ accidens neq; in concreto neq; in abſtracto eſſet in genere apud Meth.præſertim quia per genus ſuum eſſet in uno genere per dñam uero in alio:propter quid aũt diuerſitas modi ſignificandi facit diuerſitatẽ Logico conſiderandum eſt:ratio autem huius ſi recte arbitror eſt:quia licet tam modus ſignificandi quam ſecunda intentio ſequantur rem ut intellectam:prius tñ ſequitur modus ſignificandi:quam ſecunda intentio:ſicut rem intellectam prius ſequitur uox ſignificatiua:ſecundæ ergo intentiones ſequuntur res intellectas ut ſtant ſub modis ſignificandi:ideo logicus diuerſa opinatur de abſtracto & concreto:quia diuerſas ſecundas intentiones applicat ſecundum diuerſos modos præcedentes: Methaphyſicus uero quia reꝝ naturas & eſſentias & ſignificata non modos ſignificãdi conſiderat:ſecus aſſerit & utrunq; reponit in genere:neq; Ariſt. fauet dicto illius moderni in.7.Meth.ubi tradit modum diffiniendi accidentis in concreto & i abſtracto quia uerum eſt quod dicit:ambæ tamen diffinitiones ex aditione ſunt & illa ſcilicet in qua ſubiectum ponitur in recto & illa in qua ponitur in obliquo:ſed nolo nunc immorari circa hoc quia nõ eſt noſtra intentio contra iſtum expoſitorem diſputare:quem uellem tamen ordinate uidiſſe:ut uideretur quantum ualent argumenta ſua cõtra opinionem Ioan.Scoti:ſed nunc contra peritiores intendimus:uiſum eſt igitur quod ſubſtantia non ſit de eſſentia accidentis : & ſi ita eſſet ut iſti opinantur.q.Ariſt.in.4.Meth.ſi eſſet ſpatium in quo non eſſet niſi ſonus & color an tale ſpatium eſſet uacuũ contradictionem includeret ex prio enim intellectu quæſiti intelligeretur corpus:quod autem opinatur Ariſt. accidens eſſe a ſubiecto inſeparabile non propterea eſt quod ſubiectũ ſit de eſſentia accidentis:ſed quia prima cauſa cauſante neceſſario,cauſa ſecunda neceſſario cauſat,& quia ſubiectum eſt aliqua cauſa reſpectu accidentis non poterit accidens eſſe ſine ſubiecto:quia ſecundum illum non poteſt cauſa prima cauſare effectum cauſæ ſecundæ ſine cauſa ſecunda : quod uero ita ſit quod ſecundo loco probandum abſumpſimus ſcilicet quod inherentia non ſit de eſſentia accidentis denoiatiue ſumpti arguit̃: & prio de abſoluto qa ſi tale includeret inherentiã in ſuo conceptu q̃ditatiuo:quo ad cõceptũ q̃ditatiuũ cõtradictionẽ includeret:qa inherentia eſt reſpectus:ſi ergo abſolutũ in ſuo cõceptu q̃ditatiuo icludit reſpectũ ipſũ q̃ditatiue referret̃ ad aliđ:ex eo uero qđ abſolutũ dicet̃ ad ſe ergo ad ſe &

non ad ſe:neq̃ audienda quorundam reſponſio quod eſt ad aliud tanq̃
ad ſubiectum:non tanquã ad terminum:quia ſubiectum non minus ter-
minat inhærentiam qua accidens eſt inherens: quam terminent alij ter-
mini relationes alias:neutra enim inherẽtia eſt intelligibilis niſi ad aliquẽ
terminum:nihil eſt ergo dicere abſolutum a termino:non abſolutum a ſu
biecto:bene enim multa ſubiecto indigent que tamen non ſunt reſpecti-
ua & ſic abſoluuntur a termino:ſed quod aliquid in ſui eſſentia includat
inhærentiam:quæ eſt reſpectus & non reſpiciat ſubiectum in ratione ter-
mini:non eſt intelligibile:nam illa inherentia fundamento indiget & ter-
mino & aliud a ſubiecto non uidetur:quod illam inherẽtiam terminet ab-
ſolutum uero formaliter denominare ad aliquid:inconuiens eſt quod in-
fert Ariſt.4.Meth.contra dicentes omnia apparentia eſſe uera:de accidẽ
ti uero reſpectiuo idem quoq; conſtabit ſi contemplabimur quod aliud ẽ
quod per ſe primo refertur & aliud quod fundamentaliter & denominati
ue refertur:aliud quo aliquid refertur:pater eſt qui per ſe primo refertur
ad filium quod autem denominatiue refertur ẽ Socrates: ratio uero refe
rendi eſt paternitas:quia ergo accidens reſpectiuum refertur oportet ut
ſit aliquid præter ipſam relationem : ſed inhærentia ſiue actualis ſiue
aptitudinalis accidentis reſpectiui eſt formaliter reſpectus igitur accidẽs
reſpectiuum eſt aliquid præter ipſam inhærentiam & conſequenter in ſui
conceptu non includit illam:& ſic patet quod ſubiectum non eſt de eſſen
tia accidentis & quod inherẽtia nec actualis neq; aptitudinalis eſt de eẽn
tia accidentis denominatiue ſumpti ſiue ſit abſolutum ſiue reſpectiuum,
dixi autem denominatiue:quia ſi accidẽs capiatur ꝓ p ſe ſignificato eius
contradictio eſt intelligere non eſſe in ſubiecto quia per ſe ſignificatũ
eius eſt reſpectus quidam ad illud cui accidit & iſto modo idem eſt ſigni-
ficatum accidentis & accidentiæ:Inhærentis & inhærentiæ:ſicut ergo im-
poſſibile eſt ut ſit accidentia ſine inhærentia uniformiter capiẽdo in actu
uel in potentia:ita impoſſibile eſt aliquid eſſe accidens pro per ſe ſignifica
to quin inhæreat uniformiter accipiendo:& iſtud per ſe ſignificatum for-
te pertinet ad determinatum genus actionis fortaſſe uel paſſionis ſi hæc
reſpectum formæ & informantis etiam dicant,& non ſolum habitudinẽ
agentis:& ubi hoc ſit poteſt denominare etiam reliqua nouem genera : de
accidentibus ergo denominatiue ſumptis fuit noſter præhabitus ſermo :
uer℞ animaduerte ſcd̃m ueriores peripatheticos:q̃d inhærentia aptitudina
lis eſt paſſio accñtis abſoluti,actualis uero eſt paſſio accñtis reſpectiui: &
hæc inſequunť naturã co℞ ſpecificã & ſicut cõtradictio ẽ naturam eẽ ſine
ſpecifica dr̃ia ita cõtradictio licet nõ æque ꝑmo ẽ eſſe ſine ꝓpria paſſiõe q̃
inde originẽ trahit:nõ ſic ãt cõtradictionẽ iplicat itelligere accn̄s abſolutũ
ſine

Digitized by Google

ſine attuali inherentia poſitiue,unde reſpectus aptitudinalis magis neceſſario inſequitur naturam accidentis,de accidēti uero reſpectiuo ſunt duo conſideranda unum quod eſt eſſe in,quod eſt actualis inherentia:aliud eſt ad eē qđ ē habitudo ad terminum,prima eſt paſſio eius & in.2. modo dicendi:per ſc.2.uero eſt de quiditate & ita in primo modo unde prius natura uidetur illi competere q̃ actualis inherentia ūde ea quæ sūt ad aliqđ per terminum uel ſaltem per habitudinē ad terminū definiuntur ut fecit Ariſt.fortaſſe enim intimius reſpiciunt habitudinem ad terminum q̃ reſpiciant terminum hunc tamen intimius reſpicit q̃,ipſum fundamentum licet,5.meth.ſpecies relatiuorum penes fundamenta diſtinxerit Ariſt.tāq̃ penes notiora non tamen intimiora quam termini uel habitudines ad illos qui ſunt magis rationes diſtinguendi tanq̃ ad primum modum pertinentes,quia tamen non poteſt eſſe reſpectus ſine actuali inherentia ad fundamentum non quia accidens ſed quatenus eſt reſpectiuū quia habitudo inter extrema neceſſario exigit illa quorum unum eſt fundamentum,actualis inherentia erit paſſio accidentis reſpectiui:& ſicut qui terminum tolleret reſpettum deſtrueret ita qui tolleret fundamentū reſpectus .n.indiget fundamento & termino:ſed contra hic determinata inſurrexerunt quidam qui ſe peripateticos nominant:uolentes probarē quod inherentia actualis ſit de eſſentia accidentis etiam abſoluti quæ euitare oportet ne cogatur catholicus contradictionem fateri quæ non eſt terminus potentiæ,primo igitur arguit modernus iſte qui ab alio rationes accepit illud quo aliquid formaliter eſt ens,eſt de eſſentia illius,ſed ſubſtantia uel dependentia ad ſubſtantiam eſt illud quo accidens eſt formaliter ens dicente Ariſt 7.meth.accidens eſt ens quia entis ly , quia uidetur eſſe nota cauſe formalis ergo formalis ratio entitatis in accidente eſt inherere taliter enti,ſ.ſubiecto:item dicit Ariſt.4.meth.quod ens dicitur de ſubſtantia & accidente ſicut ſanum de ſanis,ſed nihil formaliter de urina ſanum dicit niſi habitudinem ſigni ad ſanum dictum de animali ergo ens dictum de accidente non dicit aliquid niſi habitudinem ad ſubſtantiam:itē ſi inherentia alia eſt ab albedine inheret ipſi albedini quia albedo dicitur formaliter inherens illa inherentia:Quero ergo de inherentia,qua inherentia inheret albedini,aut eſt eadem albedini uel ipſi inherentiæ & ſi ſic pari ratione ſtandum erat in primis uel eſt alia a ſuo fundamento & ſic erit pceſſus in infinitum in inherentijs,præterea arguunt & eſt ratio quam magnificat iſte modernus phi.reſpectus accidentis ad ſubiectum nō minus eſt idem accidenti q̃ reſpectus creaturæ ad Deum immo magis,quia accidens per ſubiectum diffinitur non ſic creatura per creatorem.Itē ſi inherentia eſt alia ab albedine erit poſterior illa quia fundatum eſt poſteri

ũs fundamento q̃a ab illo depẽdet ergo poterit albedo eſſe ſine iſto reſpectu ergo poteſt non dependere ad ſubiectum & ulterius ſine iſto reſpectu concipi & diffiniri,ſed accidens non requirit terminum niſi ꝓpter reſpectum ergo poterit diffiniri ſine termino reſpectus,hæc iſti qui gloriãtur ĩ illis ac ſi fuiſſent earum inuentores quas tamen omnes fecit Ioannes Scotus in.12.d.4.& ſoluit & his non obſtantibus remanet ueritas ſolida: ad primam ergo ratiõem dico quod quot modis capit̃ cauſa tot modis capitur ly inquantũ,& eo quod,talia enim poſſunt eſſe note cuiuſlibet cauſæ & ita cum ſubſtantia ſit aliqua cauſa accidentis poteſt dici illã cauſalitatem ſignando quod accidens ſit ens quia entis non quod formale eſſe in entitate albedinis eſt eſſe ſubſtantiæ uel dependentia ad ſubſtantiã & hæc peripateticis conueniunt ut in.7.meth. aperuimus nam & Ariſt. in.5.meth.ens ſecundum ſe & eſſentialiter diuidit in decem prima genera præterea quo modo uolunt iſti quod inherentia ſit de eſſentia accidentis ſecundum doctrinam Auerrois,cum tamen ille dicat in primo de ſubſtãtia orbis & primo phſicorum quod potentia materiæ differt a natura illius ſubiecti,quia potentia eſt ad aliud ſubiectum uero abſolutum , ad aliã auctoritatem quam adducunt ex.4.meth.dico quod ſi ita intelligeret̃ ut prima facie uerba ſonant,ſequeretur quod ſicut urina nullam habet ſanitatem formaliter ſed ſolum ſignat ſanitatem in animali ita accidens nullam habeat entitatem formalem quomodo ergo erunt accidẽtia pricipia cognoſcendi ſubſtantiam:ſimilitudo eſt ergo quod ſicut habitudo eſſencialis eſt inter medicinam & animal in hoc quod eſt dici ſanum:ita eſt habitudo eſſentialis inter ſubſtantiam & accidens in habendo entitatem nõ tamen:quod illa habitudo ſit de eſſentia accidentis : neq; eſt in omnibus ſimilitudo:quia ſanitas in urina eſt quidam reſpectus ſigni ĩ colore,& digeſtione fundatus entitas uero accidentis non eſt reſpectus & mirũ ẽ qđ iſti hoc non animaduertant,ad ſequentem rationem dicitur quod inherẽtia inheret albedini:quia & formaliter albedo dicitur inherẽs,& cum quæris qua inherentia inheret albedini dico quod inherentia quæ eſt eadem ſibi,& ratio diuerſitatis eſt quia illa relatio eſt idem fundamento ſine quo fundamentum eſſe contradictionem implicat:contradictio uero eſt albedinem inherere ſuperficiei & inherentiam non inherere,fortaſſe etiam dici poteſt quod in principijs formalibus ſicut in alijs deuenitur ad aliquid quod ita eſt quo qđ non eſt quod,& ita illa inherentia non inheret ſed eſt quo aliud inheret,ſicut albedo nõ eſt alba.ſed eſt quo ſuperficies eſt alba: & quomodocunq; ſit habitudo inherentiæ ad fundamentum quod eſt albedo eſt idem realiter inherentiæ,& magis cum illa conuenit cum ambo ſint ad aliud q̃ inherentia cum albedine quarum una eſt ad aliud alia ꝑ

ſe,quod ille non coſiderauit. Ad aliam rationem ſequētem dicitur quod nulla habitudo ad cauſam extrinſecam eſt idem ſuo fundamēto, niſi quæ eſt ad cauſam primam ſine qua nihil,& quæ ſine alijs cauſis extrinſecis omnia poteſt cum uero probat habitudinem ad ſubiectū intimiorem, accidenti q̄ ſit habitudo creaturæ ad Deum,quia creatura non diffinit̄ per Deum,dico quod identitas habitudinis & non identitas non facit terminum in diffinitiōe cadere ſed eſt quia forma non poteſt habere conceptū in quo quieſcat intellectus ſine illo cuius eſt forma,quantumcunq; eſſentialia exprimerētur:per quæ quiditas eius indicaretur cauſatum uero qđ eſt in ſe ſubſiſtens ſi per eſſentialia definitur quieſcit intellectus ſed hæc ſolutio ſtare non poteſt dicit oppoſitor quia diffinitio explicat eē ergo qđ eſt intimius diffinitiōi eſt intimius eſſentiæ ſed habitudo eſſentiæ ad ſubiectum eſt deffinitioni intimior q̄ habitudo creaturæ ad Deum ergo: præterea dicit ille minus dependens ab aliquo in eſſentia minus dependet in diffinitione,ſed per exteros accidens minus dependet in eſſentia ergo minus dependet in diffinitione alia dicit quæ omnia debilitaui & ſolui i queſtionibus meth. quas in adoleſcentia mea ſcripſi modo rationes iſtas ſoluamus,quæ uires eius uidentur,ad primam ergo dicēdum quod duplex eſt diffinitio accidentis una quiditatiua & illa datur per ea quæ ſunt de ratione formali accidentis,nam accidentia habent proprium genus & propriam differentiam:alia eſt diffinitio quietatiua & hæc per aditamentum ad illam dicitur,prima.n.abſolute ſumitur, ſecūda uero dicit ordinem ad intellectum cui ſit illa certitudo,qua mediante quieſcit, ſubiectum autem in diffinitione accidentis quietatiua ponitur quia ut aditum & non pars eſſentiæ,cadit in diffinitione accidētis,ad ratiōem ergo dico qđ illud qđ eſt intimius diffinitiōi quiditatiuæ ē intimius eſſentiæ modo ſubiectū nō ingreditur diffinitionem quiditatiuam,ad aliam in qua dicitur quod accidens minus dependet in eſſentia a ſubiecto ſecūdum exteros quos qua ratione exteros appellet ille dicat,dico quod illud quod minus dependet in eſſentia & eſt abſolutum & non alterius perfectio formalis minus dependet in diffinitione,modo accidens eſt perfectio & forma & ſi conſideraſſet quod de eſſentia animæ intellectiuæ non eſt materia aut corpus organicum,Quia ſecundum illum & ueritatem anima humana eſt res ſimpliciſſima & īmortalis & tñ Ariſt. in eius diffinitiōe oppoſuit corpus organicum,didiciſſet perfectionem non omnino poſſe intelligi ignorato perfectibili,licet non ſit de eſſentia perfectionis & reſpōdeat iſte ſecundum eius mirabilem rationem anima rationalis a quo plus depēdet in eſſentia a,Deo.ſ.uel a materia & clarum eſt quod forma ſeparata a corpore a dei influxa ſeparari non poteſt,eſſentialior.n.eſt ordo ad primam cauſam &

Digitized by Google

magis neceſſarius ꝙ quicunq; alius ordo, ad aliam cauſam propter or-
dinem eſſentialem cauſarum dependentium ab una prima quæ a nulla
dependet: & a qua cuntis comunicatum eſt eſſe quibuſdam clarius qui-
buſdam obſcurius pmo cœli & tamen Ariſt. animam non diffiniuit per
Deum ſicut diffiniuit per corpus organicũ, accidens ergo diffinitur per
ſubiectum quia eſt perfectio ſubiectũ: creatura non diffinitur per creatorẽ
quia eſt ens abſolutum & non perfectio aut forma Dei. ❡ Ad aliam ratio
nem dicitur, quod inherentia albedinis eſt poſterior albedine ſicut reſpe-
ctus comuniter eſt fundamento poſterior non ſequitur tamen ergo albe-
do non neceſſario requirit terminum reſpectus poteſt. n. dependere a ter
mino non dependendo a reſpectu. Cum uero dicitur quod non requirit
terminum, niſi propter illum reſpectum: concedo ſi ly propter cadit ſup
aliquid quod inſequitur naturam fundamenti nõ autem ſi cadit ſuper ali
quod requiſitum ad naturam fundametri & tanq̃ eo prius ideo diffinit
per ſubiectum & non diffinitur per reſpectũ: ſed hæc ſolutio dicit ille mo
dernus non eſt intelligibilis quia ſi accidẽs eſt prius reſpectu nõ eſt prius
eo niſi quatenus eſt reſpectus ad ſubiectũ, ergo ſi accidens nõ eſt prius ter
mino reſpectus non eſt prius reſpectu ut in illum terminum, & mirum eſt
inquit ille quod accidens habeat omnia eſſentialia & quiditatiua ſine ha-
bitudine ad ſubiectum. & tamen nõ poſſit diffiniri ſine ſubiecto: ſed iſtæ
rationes nihil ſunt ad primam igitur dico quod accidens dependet a ſub
iecto quia habet aliquam cauſalitatem ſuper illud, non tamen dependet
a reſpectu qui eſt fundamento poſterior & termino Et quia fundamentũ
eſt accidens terminus uero ſubiectum ideo ille reſpectus eſt poſterior ac-
cidenti & ſubiecto nam ad abſolutum in cauſa ſequitur abſolutum in ef-
fectu: & poſterius natura reſpectus inſurgit unde prius eſt eſſe lapidis a
deo ꝙ ſit reſpectus dependentiæ lapidis ad deum ideo nulla eſt conſequẽ
tia non eſt prius termino ergo non eſt prius reſpectu non. n. ualet non eſt
prius priori ergo non eſt prius poſteriori modo terminus prior eſt reſpe-
ctu & ſic fundamentum eſt prius reſpectu ut reſpectus ad terminum eſt
non tamen erit prius termino immo prius accidens ſequitur ad cauſas
inter quas eſt ſubiectum ꝙ reſultet habitudo accidentis ad ſubiectum. Et
ſic nulla eſt cauſa ſue admirationis quia accidens forma eſt & perfectio
ſubiecti ideo per ſubiectum ex aditione tamẽ diffinitur, ex his quæ dicta
ſunt iam conſtat qđ poſſibile eſt diuina potentia accidens ſeparari a ſub-
ſtantia & quod contradictionem non includit, & quod Ariſt. negauit illđ
ex falſo fundamento ex hoc. ſ. quod Deus neceſſario agit & quod ſup-
plere non poteſt cauſalitatem cauſæ ſecundæ quæ coegerunt Ariſt. ad il-
lud aſſerendum nos uero qui cognouimus Deum libere agere, aliter ubi

creatura non eſſet, Deus non eſſet & ſic ex poſſibili ſequeretur impoſſibi-le quia quelibet res creata licet neceſſaria minus tamen eſt neceſſaria q̃ ſit ens primum independens: cognouimus etiam eius omnipotentiã, ideo tenemus accidentia poſſe adeo ſeparari a ſubſtãtia ut autem deſinat ad-mirari expoſitor iſte conſiderandum eſt ex altiſſima Methaphiſica unde ſumatur genus & unde differentia de quibus illuſtres peripatetici dixerũt illud ſumi a materia, hanc uero a forma, ut autem de his formaliter loqua-mur, has intentiones non aplicando ad determinatam naturam intellige-re oportet q̃d in compoſito aliquo eſt materia eſt forma eſt tota quiditas ut perfectibilis ulteriori perfectione & ipſamet ut habet ultimam perfe-ctionem formalem, ut eſt homo in quantum animal & in quantũ rationa-lis materia ergo & tota quiditas ut adhuc perfectibilis fundant intentio-nem generis diuerſimode tamẽ forma uero & tota quiditas ut ultima for-mali perfectiõe perfecta fundant differentiam diuerſimode etiam, ratio-nabile uero iſtud eſt quia & materia eſt perfectibilis & tota quiditas ut ta-lis perfectibilis eſt genus autẽ incomplete rei naturam explicat differẽtia uero terminat & diſtinguit, ideo a forma & ab ultima formali perfectiõe ſumenda eſt. ſumitur ergo genus a tota quiditate ut perfectibilis eſt tanq̃ are formaliter denominata uel ſignificata per ipſam a materia uero quæ primum potentiale eſt tanq̃ a radice ſui formalis ſignificati differẽtia ue-ro ſumitur a tota quiditate ut ultimata formali perfectione perfecta, tan q̃ a ſuo formali ſignificato uel denominato, a forma uero ut a radice ſui formalis ſignificati, unde quia ea quæ ſunt p ſe conſideranda ſunt, genus & differẽtia habent unde formaliter & radicaliter ſumantur in ipſis acci dentibus etiam ubi ſine ſubiectis fierent & conſeruarentur nõ .n. quia nõ habent partem ſui intrinſecam carent unde genus eorum ſumatur, nam altius contemplantibus & in ſubſtantijs ſeparatis in quibus non eſt ma-teria genus ponitur & differẽtia, unde in illis genus ſumitur & formaliter & radicaliter a tota quiditate ſecundũ quod aliquid eſt in quo cum cete-ris conuenit, ſimiliter formaliter & radicaliter differẽtia ſumitur ab ipſa-met tota quiditate ut eſt in certo formalis perfectionis gradu, formaliter ulterius non perfectibili quicq̃d ſit de aliqua ipoſtatica proprietate quæ primo diuerſa ſit quod omnibus ultimis diſtictiuis comune eſſe uidetur ſaltim de realitate comuni, licet non eſſet ſic de quiditatiuo conceptu, in homine ergo genus radicaliter ſumitur a materia formaliter tamen a to-ta quiditate & eſſentia licet.n. ſint prædicata quiditatiua unum tamẽ eſt determinabile per aliud & hæc formaliter in ipſa q̃ditate reperiunt̃ ideo tota quiditas ſub ratione illius perfectibilis dicitur per ultimam formalẽ perfectionem, unde in omnibus in q̃bus eſt genus & differẽtia oportet q̃d

ſit ratio perfectibilis & ratio ultime formalis perfectionis licet non ſint ĩ
omnibus materia & forma partes intrinſece, neq; genus ita ſumitur a ma
teria & differẽtia a forma quod ſicut materia & forma realiter diſtinguũ
tur a compoſito ita diffinitio realiter diſtinguatur a diffinito ut exiſtima
uit expoſitor Scot. 3. ſ. d. 2. eius. n. imaginatio non ſapit ſubtilitatẽ docto
ris & contra illum ſunt uerba doctoris & omnes Scotiſte ratio uero eius
nulla eſt non. n. genus ſumitur a materia niſi radicaliter formaliter uero a
tota quiditate ut perfectibilis ita quod illud a quo ſumitur ẽ quiditas ra
tio tamen eſt realitas potentialis ad aliam realitatem ſimiliter differentia
ſumitur a tota quiditate formaliter ab ipſa uero realitate tanq̃ a ratione
formali & proxima propter quod genus & differentia prædicantur de to
to unde aĩal, & rationale quæ ipſum hominem methaphiſice componũt
licet ex natura rei diſtinguantur ſunt tamen idem realiter homini ubi etiã
illa a quibus ſumerentur realiter diſtinguerentur ut ſi aĩal ſumeret᷑ a ſen
ſitiua rationale uero ab intellectiua ſumuntur ergo genus & differentia
a realitatibus uel a totis quiditatibus ſub ratiõibus formalibus earꝝ & nõ
ſumuntur a materia & forma niſi radicaliter, formaliter. n. genus non ſu-
mitur a materia licet pars ſit quiditatis & eſſentie neq;. n. hæc idem ſunt,
quia ergo in accidentibus eſt inuenire in quo conueniant ſpecies & reali-
tates contrahentes & determinantes ad quendam gradum formaliter in-
diuiſibilẽ eſt. n. accidens ſimplex & nõ compoſitum ex materia & forma
compoſitũ tamen ex realitate & realitate, ideo ab iſto accidenti ratione re
alitatis perfectibilis ſumitur genus, ab ultima uero realitate formaliter di
ſtincta uel ab ipſa eſſentia accidentis ut eſt in illa perfectione intrinſe
ca ſumit᷑ dr̃ia & ita accidẽtia habent genus & differẽtiã tota tamen quidi
tas accidentis ut eſt etiam in ultima ſua formali perfectione exigit ſubie
ctum extrinſece ex natura tamen intrinſeca accidentis, unde licet daretur
quiditatiua diffinitio accidentis per genus & differentiam non tamẽ quie
ſceret intellectus licet. ſubiectum ut aditum & extrinſece ponatur in dif
finitione accidentis neq; minus rationale eſſet differẽtia ſi ſenſitiuum de
terminaret, dato quod anima corpus nõ in formaret neq; aĩal minus eẽt
genus ſi eſſet per rationale determinabile hoc. n. conuenit illis ex rationi
bus formalibus ipſorum, ideo non opus diffinitionem a diffinito realiter
ſeparare neq;. n. genus ſumitur a materia ut iſti credunt: imo eſt in diffini
tionibus naturalibus quæ dicuntur materiam exigere non appõitur ſem
per materia aliter non eſſet hominis diffinitio quæ per aĩal daretur & ra
tionale in qua formaliter non apponitur, ſed ſecundum multos peripate
ticos ſcd̃m quãdã cõſecutionem in illis diffinitionibus apponitur mate-
ria licet in aliquibus formaliter ponatur, & una anime diffinitio quomo-

do

do materiam includit non facile eſt intelligere ut illa quæ datur per intelligendi principium: quæ fortaſſe medium eſt ad alteram demoſtrandam gcqd egregij expoſitores ſcripſerint ſuper hoc, accidens igitur diffinitur p ſubiectum tanquã per aditamentum & quid a ſui ratione formali extraneum: neq; uoluimus infinitas difficultates contingentes huic materiæ diſputare certum tamẽ eſt quod iſti non cognouerũt naturam accidentis: neq; genus & differentiam de quibus ſpero me lõgum ſermonem facturum In methaphyſicis & ſic nulla eſt expoſitoris admiratio credit enim iſte expoſitor dum uult contradicere. d. ſubtili ſola ſua auctoritate poſſe doctrinam tefellere & ſi genus ſumeretur a ſubiecto omnia accidẽtia quæ in eodem ſubiecto ſunt in eodem genere eſſent & ſic quantitas & qualitas in eodem genere eſſent: & ſi genus ſumeretur a ſubſtantia differentia quo q; ſubſtantialis eſſet: licet enim differentia accidat generi non tamen in alio prædicamento reponitur: ergo & genus accidentis & eius differentia erunt in prædicamento ſubſtãtiæ, & ſi in prædicamẽtis eſt ſpecies accidẽtis & genus non ſolum ſpecies diuerſæ ſunt ſed etiam ipſa natura generis ut in illis eſt diuerſa & ut eſt idem realiter illis eadem generatione generatur & eadem corruptione corrumpitur ne realis diſtictio ponatur ubi ſufficit ſola diſtinctio formalis quomodo genus erit a ſubſtãtia quæ remanet eadem accidentibus corruptis & in ueritate opinio iſtius expoſitoris non eſt digna ut confutetur a nobis,

Caput Decimumquartum:

VLterius de accidentibus quæritur: ſi omnia ſunt ſine ſubiecto in ſacramento altaris: ad quod reſpondet. d. quidam in theorematibus ſuis: quod in euchariſtia ſola quantitas eſt ſine ſubiecto: alia uero non ſũt ſine ſubiecto a quo ſola quantitas eſt ſeparabilis: probat uero opinionem pluribus rationibus: quarum potiores duæ ſunt prima quia ſola quãtitas per ſe indiuiduatur: omnia autem alia accidentia indiuiduantur per quãtitatem: & ita ſi aliquod accidens eſſet & non in quantitate: illud eſſet hoc & non eſſet hoc: præterea illa qualitas eſſet ſimul ſenſibilis & inſenſibilis, ſenſibilis quidem quia in. 3. ſpecie qualitatis: non ſenſibilis uero quia non quantum ſentiri non poteſt ſecundum doctrinam Ariſtote. In de ſenſu: & ſenſato: ubi dicit quod ſi ſenſibile diuideretur in i finitum: uirtus ſenſitiua

diuideretur in infinitum:iſta uero conſequentia tenet quia ad diminutionem ſenſibilis oportet creſcere uirtutem ſenſitiuam:ubi ergo ſit aliqd improportionaliter minus quanto:eſſet aliqua uirtus ſenſitiua improportionaliter maior quacunq; alia ſenſitiua uirtute:ſed iſtæ rationes inefficaces ſunt:prima quidem:quia nullum ens eſt ſingulare formaliter per aliquid alterius generis:ſicut enim in latitudine generis eſt ſupræmum ita & media & infima de quibus omnia alia prædicantur & omnibus ſubijciuntur ſicut ſupræmum ſupereminet omnibus: neq; contrahentes differentiæ naturam ad ſingularitatem in alio genere ſunt:ſecunda uero ratio nihil probat:quia ſi albedo eſſet ſine quantitate eſſet uiſibilis potentia remota:non propinqua quia eſſet ſufficiens forma mouere uiſum non eſſet autem ſub modo ſufficienti : quia non haberet partem extra partem dimenſiue quod requiritur ut actu uiſum moueat:& ideo non eſſet ſenſibilis propinqua potentia:cum ergo infertur:quod ſi qualitas eſſet ſenſibilis : ſenſus aliquis improportionaliter excederet omnino alium ſenſum:ſicut ſenſibile eſſet improportionaliter minus omni ſenſibili quanto : dicitur:quod ubi id ſenſibile foret propinqua potentia bona eſſet illatio non ſequitur autem ubi ſenſibile eſt potentia remota, & ſic rationes opinionis non concludunt contra quam etiam multipliciter arguitur : primo quia in abſolutis eſſentialius dependens dependet a primo quam a ſecundo : ſed qualitas eſt abſoluta dependens a quantitate & a ſubſtantia : & hæc eſt cauſa prima reſpectu quantitatis : ſi ergo diuina potentia poteſt qualitas ſeparari a ſubſtantia a qua eſſentialius dependet poterit etiam eadem potentia ſeparari a quantitate:præterea quantitas ſequitur compoſitum ratione materiæ:qualitas uero ratiõe formæ,ſecundum comunem opinionem:modo forma eſt perfectior materia erg ſi quantitas diuina potentia poteſt eſſe ſine ſubſtantia & qualitas poterit eſſe ſine omni ſuo ſubiecto:& ſi qualitas eſt ſubſtantie propinquior quo ad attiuitatem quantitas uero quo adhoc ut ab alijs ſit perfectibilis de neceſſitate ſequitur quod qualitas ſit quãtitate & actualior & perfectior:quia primo propinquior ſecundum condicionem perfectiorem : propter quod eſt una alia opinio magis a ueritate remota quam præcedens quæ aſſerit quod nullum accidens poteſt eſſe ſubiectum accidentis : quod omnino falſum conuincitur nam accidens aliquod de accidenti per ſe in ſecundo modo dicendi per ſe prædicatur:& conſequenter accidens eſt ſubiectum accidentis abſumptum patet : in Mathematicis ubi paſſiones de accidentibus demonſtrantur : & ſimiliter motus eſt ſubiectum uelocitatis & tarditatis : propter quod media opinio magis placet quod

ſubiectum

ſubiectum quod ultimate terminat dependentiam accidentis eſt ſubſtantia non aliud a ſubſtantia: accidens uero proxime non tamen ultimate accidentis alterius poteſt dependentiam terminare: cum ambo ad ultimum genus omnino prius dependeant & ſine utroq; ſubiecto poteſt accidens: per diuinam potentiam conſeruari: ſed quid de facto ſit in eucharistia conſiderandum eſt: & qui tenet quantitatem non diſtingui a re quanta: & quod omnis res ſit extenſa per ſuas partes & non per accidẽs ſuper aditum: ut quidam pariſienſes opinantur dicunt conſequenter qđ omnia accidentia ſunt ſimpliciter ſine ſubiecto: quia non eſt aliqua quantitas a qualitatibus diſtincta ſed quælibet qualitas eſt ſua quantitas & cũ qualitas non ſit in qualitate neq; erit in quantitate: ſed hæc opinio habet fundamentum remotum a ueritate & in Meth. tractandũ eſt ideo tanq̃ erronea dimittatur: melior ergo opinio eſt quæ aſſerit quod in ſacramento altaris omne accidens eſt ſine ſubiecto quod ultimate terminat dependentiam: ſed de ſubiecto proximo dicendum quod ſola quantitas omni alieno ſubiecto caret: alia uero accidentia licet ſint ſine ſubſtantia ſubiecta tamen non ſunt ſine ſubiecto proximo & immediato & iſta opinio miracula non multiplicat, & ſaluat ueritatem ſacramenti ideo præ cæteris eligenda & ſaluat omnia accidentia panis & uini quæ quantum ad ſubſtantiam mutantur unde conuerſio illa tranſubſtantiatio uocatur.

Caput Decimumquintum.

NVnc diſcutiendum remanet utrum accidentia in euchariſtia poſſent omnem actionem habere quam poterant habere in ſubiecto: & in hoc quæſito præclari quidam Theologi opinãtur: quod ſpecies panis cum primo fuerunt productæ acceperunt uirtutem a forma panis quæ uirtus manet in eis deſinente forma panis: & quod ſpecies per illam poſſunt agere ad formam ſubſtantialem tanquã ad terminum ſuæ actionis: ſed contra hoc uidentur eſſe rationes quædam efficaciſſimæ: primo quia nihil poteſt agere ultra ſuam ſpeciem: quia eſſet ponere effectum ſine cauſa: dicunt uero iſti quod uirtute propria nihil agit ultra ſuam ſpeciem: poteſt autem illud uirtute alterius cuius eſt inſtrumentum: ſed queritur ab iſtis de illa uirtute quam dicunt accidens recipere a forma ſubſtantiæ ſiue abſoluta ſit ſiue reſpectiua: ſi eſt accidens uel aliquid in accidenti: non enim põt poni ſubſtantia: uel aliquid in ſubſtantia ergo nõ erit accidenti nobilior ergo merito illius accidens non poterit in ali-

quid perfectius:neq; poteſt illa uirtus nominare habitudinem accidentis
ad ſubſtantiam:quia illa habitudo nihil eſt cuius terminus nihil eſt: Fau-
tores uero opinionis in.4.ſen.reſpondent quod per uirtutem intelligitur
aliquod abſolutum quod accidens ſeparatum prius accepit in ſubſtãtia:
iſtud uero duplex eſt:primum eſt natura propria accidẽtis quæ ſicut fuit
inſtrumentum ſubſtantiæ ſui ſubiecti & uirtute ſubſtãtiæ potens in plus
ratione ſubiecti quã ſi non haberet tale ſubiectum ita & nunc : ſecundum
abſolutum eſſe proprium accidentis quod recepit in tali ſubiecto quod
adhuc habet omnia abſoluta quæ habebat in ſubiecto & per conſequens
eandem uirtutem & ita in omnia poteſt in quæ prius : cum uero dicitur
quod in accidenti nihil eſt nobilius accidenti hoc negatur quia eſſe acci-
dentis : nobilius eſt accidente : & nobilius fuit & eſt ut inſtrumentum
talis ſubſtantiæ quam eſſet in ſola ratione proprij generis : ſed hæc
quæ iſte dicit difficultatem inſolutam dimittunt quia ut ille met fate-
tur in.4 . ſententiarum generans ſi fuerit equiuocum oportet eſſe per-
fectius:ſi uero uniuocum æque perfectum:cum ergo accidens & omne re
ceptum in accidenti ſit imperfectius ſubſtantia:non poterit in ſubſtantiã
tanquã in terminum ſuæ actionis:neq; generatione uniuoca , quæ exigit
agens æque perfectum neq; æquiuoca quæ in agente maiorem perfectio-
nem requirit:neq; ualet eius fuga ad uirtutem ſubſtantiæ:quia iſta uirtus
quæ eſt in accidenti aſſignata ab illo ut eſt inſtrumentum,& ſecundum eſ
ſe proprium accidentis nihil eſt:primum quidem non: quia inſtrumentũ
non mouet niſi quia motum:neq; aliquid poteſt dici in aliquo efficiendo
inſtrumentum alicuius:niſi id principalius concurrat:ſed ab ſubſtantiam
generandam ſubſtantia conuerſa quæ nihil eſt nullo modo:cõcurrit quo-
modo ergo ut inſtrumentum ſimpliciter non entis accidens cauſabit ſub
ſtantiam:cum uero dicit:quod eſſe accidentis eſt accidenti nobilius: nihil
prorſus utilitatis affert opinioni:quia & ſi eſſe ſit actus eſſentiæ cum ta-
men accidens dicimus eſſe non excludimus & quicquid ſit de iſto eſſe q̃d
ſuperadunt eſſentiæ manifeſtum eſt quod licet eſſet perfectius non tamẽ
eſſentialiter quia non egreditur rem generis accidentis neq; ingreditur rẽ
generis ſubſtantiæ:licet ergo accidens agat per eſſe proprium:quia tamẽ
non eſt æque perfectum neq; perfectius ſubſtantia non poterit per illud
in ſubſtantiam agere tanquã in terminum:præterea inſtrumentum actio
nẽ ſupponit agentis ſupioris:aliter non eſt inſtrm̃:ſed ſubſtantia conuerſa
non eſt neq; agit:ergo accn̄s non agit ut inſtrm̃ illius:præterea licet effe-
ctus eſſet ſimplex in re:quia tamen intellectus quæ ſunt unita in re ſepa-
rat & diſiungit:poteſt diuidi in illud in quo æquatur ſuæ cauſæ:& in il-
lud in quo excedit: primum dicatur a & ſecundum dicatur.b. ſecundũ

a effectus præciſe adequatur ſuæ cauſæ ergo uel .b.erit a ſeipſo uel a nullo:non enim erit a cauſa:cui ſecundum effectum adequatum correſpondet effectus præciſe ſecundum a neq; ſufficit dicere quod uirtus quæ erat in accidenti afficiente ſubiectum remanſit deſtructo ſubiecto qa tunc agebat ut in inſtrumentum :ſubſtãtia agente ut in ordine ſuo:nunc autẽ corrupta eſt ſubſtantia & nihil remanet in accidenti:quod ſit extra genus accidentis:non poterit ergo accidens in ſubſtantiam uirtute ſubſtantiæ. Cuius nulla pars eſſentialis eſt:& eſſe accidentis eſt actus intrinſecus accidẽtis ergo eſt accidens:quomodo ergo accidens ſecundum eſſe ſuum ſimiliter accidens:poterit in ſubſtantiam:quia ergo inſtrumentum quomodocunq; accipiatur ſupponit actionem illius reſpectu cuius dicitur inſtrumentum:& hic non eſt ſubſtantia quomodo reſpectu illius poſſit dici inſtrumentum:non intelligo:nam quomodocunq; accipiatur inſtrumentũ: ſemper ſupponit agens cuius eſt inſtrumentum:ſiue capiatur pro cauſa attingente terminum principalis agentis:ſiue pro cauſa ſecunda proprie dicta:ſiue pro parte per quam totum agit:ſiue pro recipiente ſolam motionem tanquã effectum præuium effectui principali:& licet cauſa præuia quæ diſponit ad terminum propria uirtute poſſit dici inſtrumentũ: ubi agens principale poteſt inducere terminum:ubi tamen panis non ſit ſicut de facto ponitur:qui poſſit terminum ultimum cauſare:Quomodo erit accidens illius inſtrumentum:ipſi dicant:nam calor alterat & digerit nutrimentum a ſubſtantia uero generatur ſubſtantia:principium ergo generandi ſubſtantiam eſt ſubſtantia,alterandi uero accidens,ideo hoc inſtrumentum dicitur,id eſt diſpoſitiuum.unde cum in euchariſtia non ſit principium agendi ſubſtantia,non erit aliquid quod ut inſtrumentũ ſubſtantiæ:quæ nihil eſt:poſſit in ſubſtantiam uti in terminum ſuæ actionis: propter quod dicendum mihi uidetur & magis conformiter peripateticis principijs:quod accidentia ſeparata non poſſunt eſſe principia inſtrumentalia actionis ad ſubſtantiam:cum ſubſtantia panis non ſit: neq; accidens coniunctum poteſt ſubſtantiam attingere uti terminum & conſequenter accidens non poteſt eſſe agens totale reſpectu ſubſtantiæ: quia agens totale equiuocum impoſſibile eſt ut non ſit perfectius termino actionis:neq; ualet inſtantia quam facit quidam.d.antiquus de albedine: quæ cauſa eſt intellectionis:nam de totali cauſa eſt ſermo:non de partiali ſicut eſt albedo quæ non eſt cauſa totalis ſed concurrit etiã actiue intellectus ad itellectionẽ:licet itelligere ut itelligentẽ denoiat in quodã pati cõſiſtat:& ſic hẽs qđ accñtia neq; ſeparata neq; cõiũcta poſſunt ſubſtãtiam tanq̃ terminum actionis attingere:quæ generare dicãt:de actiõe uero intentionali in ſenſum:& intellectum:& de actione reali in contrarium, dici

tur qđ accidens ſeparatū ſicut qualitas tertiæ ſpēi eſt hic ſeparata quātū eſt ex ſe:poteſt eſſe principium utriuſq; actionis: ſicut prius: quia forma quæ eſt principium alicuius actionis totale:a quocunq; ſeparetur modo remaneat ſub modo conuenienti ad agendum qui modus eſt extenſiuus: quem habet qualitas in quantitate:poteſt in illam actionem merito ſui & quantum tamen eſt ex ſe:ſed uidebitur fortaſſe alicui ea quæ ultimo dicta ſunt primis non conuenire:quia ſi accidentia poſſunt in omnem gradum actionis ubi ſint ſeparata in quem poterant quando erant coniuncta ergo poſſunt in corruptionem formæ ſubſtātialis illius paſſi in quod agunt:quia ultima diſpoſitio eſt incompoſſibilis formæ corrumpendæ: ſed illa corruptio uirtute accidentium ſeparatorum facta non poteſt terminari ad nihil neq; in accidentia ſeparata:ergo in aliquam ſubſtantiam terminatur:ergo poſſunt eſſe principium generandi ſubſtātiam:licet ſint plures dicendi modi uidetur tamen mihi probabilior ille qui dicit: quod alterans ad quemcunq; gradum alteret quia ille gradus in alterabili uelut in ſubiecto recipitur & non in ſola materia:ut quidam philoſophi opinantur:nunquā poterit gradum inducere ſuo mobili incompoſſibilem: ſed quando eſt ille gradus forma ſubſtantialis corrumpitur ſed non ab alterante quatenus alterans neq; ab illo ſummo gradu q inducitur ab alterante in alterabili tanq̄ i mobili qđ remanet idē ſub toto motu: ſed a ſubſtantia uel alteranti cōiuncta uel ab eo ſeparata:uñ ſi in ſpera ignis ſubſtantia corrupta ſola accidentia ſeparata remanerent:& parum aquæ illis accidentibus appropinquaretur aquæ ſubſtantiam non corrumperent:quacunq; alteratiua actione agerent in contrariū: qđ ſi forma aquæ limitat ſibi certum gradum illum neq; poſſent corrumpere quia aliā ſubſtantiam generare non poſſent aut ergo ſubſtantia aquæ non corrumperetur & conſequenter neq; gradus qui ſimpliciter neceſſarius poneretur p̄ forma aquæ propter quod in principio diximus accidentia in omnem actionem poſſe merito ſui in quam poterant cōiuncta, aut ſi corrumpit ab eo corrumperetur a quo forma ſequens eſſet iducibilis uel educibilis, aut a Deo aut ab aliqua intelligentia,aut alia inferiori uirtute,ex his quæ dicta ſunt ſequitur quod accidentia ignis ſeparata approximentur contrario ſeparato a ſubſtantia quod ſit in quantitate poteſt omnem gradū frigidatis corrumpere etiā ultimum non tamen poſſent illum corrumpere ubi eſſet in aqua:Quia gradus frigiditatis dum in quātitate ſunt,omnes ſunt eiuſdem rationis inter ſe & in ordine ad ſubiectum,non ſic dum ſunt in aqua quod ſi dicatur agens non eſt maioris uel minoris actiuitatis per hoc quod contrarium eſt in ſubſtantia uel ſeparatum a ſubſtantia dico quod uerum eſt poteſt tamen in hoc paſſum ſeparatum magis quam in

coniunctum

coniũctum plus.n.poteſt ſubſtantia aquæ ad conſeruandum ſuum effe-
ctum q̃ accidentia ignis ad corrumpẽdum quod ſi corrumpitur ille gra-
dus ſine quo forma ſtare non poteſt,hæc quoq; corrũpitur & alia de no-
uo generatur uel a cœlo uel a Deo,qui ſupplet naturæ defectus & ſic pa
tet quid ad queſitũ dicẽdũ ſit: cautus tñ ſis lector ne incidas in opinionẽ
quorundam pariſienſium qui dicũt quod accidens poteſt eſſe cã partia-
lis ſubſtantiæ:tam ſeparatum q̃ coniũctum: neq; oportet recurrerẽ ad uir
tutem aliquam ſubſtantiæ ſed hoc ſibi a ſua natura cõuenit,nam eadem
ratione dicunt iſti qua perſuadetur ſubſtantiam eſſe cauſam ſubſtantiæ,
eadem perſuadetur accidens cauſare ſubſtantiam,nam ſicut ad præſen-
tiam ſubſtantiæ ſequitur generatio uel corruptio ſubſtantiæ ut patet de
igne producente ignem:& corrumpente aquam,ſic etiam ad præſentiam
caloris producitur ignis & conſumitur aqua:neq; poteſt certitudinaliter
ſciri accidentia partialiter ſubſtantiam non cauſare niſi uideamus ſubſtã
tias ſine accidentibus cauſare:nec ratio (dicunt iſti) quæ fieri ſolet in
opoſitum cogit licet enim cauſa totalis non ſit imperfectior cauſato, cau
ſa tamen partialis poteſt eſſe ĩperfectior , nulla autem creatura poteſt eẽ
cauſa totalis alicuius effectus poſitiui:ideo in omni actione cauſa totalis
efficiens eſt perfectior cauſato propter Deum principaliter concurrentẽ,
& ſi illa deberet intelligi etiam in cauſis ſecundis tunc patet inſtantia de
productione animalium ex putri materia,neq; recurrendum eſt ad cœlũ
inquit ille : quia cœlum non eſt uiuum hæc iſte & poſt illos ille pariſien
ſis qui fecit tractatum inſignẽ de canone miſſæ,ſed hæc neq; uera ſunt ne
q; peripateticis conueniunt:nam ſi uera eſſet doctrina quilibet proteruiẽ-
do poſſet dicere muſcham cauſare cœlum & uniuerſa entia & ad omnia
inconuenientia de facili reſponderet quod muſcha partialiter effectiue p
duxit cœlum,licet.n.ſit cœlo imperfectior ipſa tamen & Deus ſunt cauſa
totalis & conſequenter perfectior:propter Deum principaliter concurrẽ
tem,ſimiliter poſſet dici quod ſemen uel uirtus in ſemine a parentibus de
ciſa producit animam intellectiuam:& quam rationem poterunt induce
re quam ſoluere non ſit facile ſtante eorum doctrina admirabili, nam illa
uirtus in ſemine licet ſit imperfectior anima intellectiua Deus tamẽ & uir
tus in ſemine erunt cauſa quoq; perfectior,& non animaduertunt iſti qđ
cauſa totalis proxima non includit Deum neq; excludit dum .n. dicunt
phi.quod intellectus & obiectum ſunt duæ cauſæ partiales integrantes
unam totalem neq; Deum includunt in illa ratione agendi proxima neq;
Deum excludunt propter quod totalem appellant cum actio illius ſup-
ponatur concurrere non.n.concurrit,Deus ſolum tanq̃ cõſeruator cauſe
ſecundæ ut quidam Theologi opinant̃ neſcientes fortaſſe actum poſiti

Digitized by Google

uum a ſua deformitate diſtinguere:ſed effectiue concurrit ad effectũ cau-
ſæ ſecundæ & licet cauſa mediet & actio primæ cauſæ modificata ueniat
actione cauſæ ſecundæ,immediate tamen attingit effectum non ſolum i
ratione entis ut quidam phi.opinantur,ſed etiam in ratione cuiuſcunq;
inferioris ad ens quærimus ergo de cauſa totali proxima quæ ſit cauſa ge
nerandæ ſubſtantiæ,& ſimiliter corrumpendæ & clarum eſt quod ex ratio
ne terminorum & ex ordine cauſarum quem peripatetici demoſtrant cũ
accidens eſt ſubſtantiæ coniũctum,ſubſtantia generat ſubſtantiam tanq̃
alterationis terminum extrinſecũ factæ per accidentia illi coniuncta : neq;
propter quod ad præſentiam caloris introducitur forma ſubſtãtialis exi
ſtimare oportet quod introducatur ab agente calore friuola inq̃ eſt hæc
ratio nam & quantitas quoq; præſens eſt & ſine eius præſentia actio non
fieret & tamen quantitas non agit,ſi agens etiã agit ut aſſimilet ſibi paſ-
ſum,ut communiter conceditur generans autem & genitum ſimpliciter aſ-
ſimilantur in forma ſubſtantiali,licet ſecundum quid aſſimilentur in for-
ma accidentali ſequitur quod forma ſubſtantiali agẽs agit generãdo ſub
ſtantiam,neq; ualet dicere quod uerum eſt tanq̃ cauſa remota,cauſa aũt
proxima eſt accidens quia cauſare pricipaliter & proxime,dicit rẽ ĩmod
rate perfectionis ,nam accidentia aliqua immediate ſunt a ſubſtãtia ali-
ter eſſet proceſſus in infinitum in accidentibus ut in meth.probatur er-
go neceſſe eſt quod ſubſtantia immediate per formam ſuam producat ali
qua accidentia neq; concomitantur ab ea & a uirtute ſubiecti pullulant
ſed ſunt effectus equiuocus & conſequenter non poterũt eſſe cauſa equi-
uoca ſubſtantiæ niſi in eſſentialibus perfectionibus poſſit dare circulus
quod entis natura non patitur neq; ſat eſt ad particularitatem recurrere
quia licet:deus concurrat immediate in ordine ſuo:non tamen ſine cauſa
media cum hoc tamen ſi accidens ſeparatum ſubſtantiam generaret cau
ſa totalis proxima equiuoca erit imperfectior:quod uero dicit de anima
libus ex putri materia ortis oſtendit iſtos parum in philoſophia uerſatos
nam formæ eorum aut adatrice formarum quam colcodeam appellant :
aut a deo:aut a cœlo producuntur:non enim uirtus ſola corruptionis ſuf
ficiens eſt formam producere:quod autem dicit quod cœlum non uiuit :
nihil eſt:quia ſiue cœlum ſit animatum ſiue non:quia tamen per cœlum
intelligimus aggregatum ex intelligentia & orbe ceſſat omnis dubitatio
illud enim habet de uirtutibus animæ intellectum & uoluntatem : motus
quoq; eius ut dicunt præclari peripatetici componitur ex duplici motore
quorum unus eſt finite uirtutis:alius infinitæ:ut.12.Meth. declaratur li-
cet ergo orbis non uiuat niſi participatiue quid obſtat ut factis diſpoſi-
tionibus in paſſo mediante ſitu cœlorum & calore ſtellarum & ſolis ut in

telligentia

telligentia mouens orbem ſiue conſtituat ſiue non conſtituat in eſſe orbẽ, poſſit producere formam animalium ex putri materia ortorum, quæ generare etiam poſſint licet ultra nõ procedat generatio ne in ſpeciebus daretur proceſſus in infinitum, ut dixit Ariſt. in libro de generatione animalium neq; deſunt peripatetici qui aſſerunt quod licet intelligentia non cõſtituatur in eſſe per orbem, tamen ſubiectum conſtituit in eſſe, non. n. orbis indiget ſolum uirtute largiente motum, ſed etiam dante permanentiã & eſſe, ſed ſiue hoc ſit ſiue non ſit diſputabile ſi quidem eſt, uis tamen argumenti non cogit alteram partem tenere quid ergo ad queſtionem dicẽdum ſit notum eſt ex his quæ diximus in modo quem ueluti magis probabilem acceptauimus.

Caput Decimumſextum.

POſtq̃ determinatum eſt de actionibus quæ poſſunt competere accidentibus ſeparatis, & quæ non, remanet modo dicere de paſſionibus & tranſmutationibus eorundem. & primo de illis quæ fieri poſſunt circa ſacramentum corpore Chriſti remanente in ſpeciebus panis, duo autem in hac materia ſupponenda ſunt, primo quod per nullã mutationem factam circa ſpecies panis deſinit ibi eẽ corpus Chriſti, cum quibus maneret ſubſtantia panis ſi conuerſa non eſſet, ita. n. Chriſtum inſtituiſſe creditur ut certa eſſet Eccleſia q̃diu durat ſacramentum, ſecũdo uero ſupponendum eſt quod noluit Chriſtus i nobis euacuari meritum fidei: ideo inſtituit ut ſumi non poſſit experimentum de his quæ naturaliter fieri poſint circa hoſtiam, quæ ex defectu ſubſtantiæ panis fieri nõ poſſent ideo ille ſupplet naturæ defectus, dicendum ergo ad queſtionem, quod manẽte Euchariſtia poteſt intelligi in illa fieri quadruplex mutatio ſecundum ubi, ſecundum qualitatem ad quam non ſequitur aliqua uariatio quantitatis, & ſecundum qualitatem ad quam ſequitur aliqua uariatio quantitatis, & ſecundum qualitatem ad quam ſequitur aliqua uariatio quantitati: & ſecundum quantitatem primo. prima ergo mutatio quæ requirit quantum permanens communiter conceditur, ſimiliter & ſecũda quia quãtitas permanens eſſet ſubiectum illius alteratiõis. & ita qualitas fluẽs idẽ ſubiectum haberet quod haberet qualitas permanens, talis autem mutatio eſſet quæ fieret circa qualitatem tertiæ ſpeciei præſertim ubi natura ſpecifica ſaluaretur, & ſimiliter ſecundum figuram licet aliq inepte ſecus opinẽtur, non. n. conueniens uidetur dicere quod quoties aqua mutatur ſecundum figuram quantitatem etiã mutet, de tertia uero tranſmutatiõe quæ eſt ſecundum rarum & denſum eſt alia dubitatio, eſt. n. quorundam

opinio quod in rarefactione omnino eſt alia & alia quantitas ſic qd̄ nulla pars quantitatis poſterioris præfuit in priori & conſequenter dicunt quod iſte motus eſt ſine ſubiecto,& tamen ab agente creato,ſed hæc opinio omnino falſa conuincitur,quia ſequeretur quod in quauis parua rarefactione uel condenſatione accidentia alia a quantitate nō remanerēt eadem,quia ſunt in quantitate tanq̄ in ſubiecto cum ibi non ſit ſubſtantia ergo non remanet idem ſapor neq; idem calor,neq; poteſt dici quod non ſunt eadem ſed ſimilia de nouo genita quia agētia omnino diuerſa poſt corruptionem eiuſdem non inducunt eādem formam,ſed a quibuſcunq; cauſis fiat rarefactio uel condēſatio apparet idem ſapor & idem calor,ergo non poſſunt generari a diuerſis agentibus ſicut de facto uidemus præterea iſte in quol.ſuis quol.7.q.5.& quol.6.q.16.tenet quod ſubſtātia ſit indiuidua formaliter per quantitatem ergo in quacunq; rarefactione & condenſatione noua ſubſtantia generatur & antiqua corrumpitur & conſequenter omni rarefactione poſita quamuis minima circa quantitatem deſineret res ſacramenti,quia deſineret eſſe ſubſtantia panis & ita deſineret ſacramentum quod autem dicit de motu ſine ſubiecto ab agente creato,uidetur falſum quia quod ſecundum ſe totum & totaliter producitur de non eſſe uel creatur uel ſaltem requirit in agente equalem uirtutē uirtuti creatæ in rarefactione autem circa quantitatem facta in eucharistia noua quantitas fit & totaliter ſic qd̄ nihil illius præerat,ergo aut creatur,uel in agente requirit uirtutem equalem uirtuti creatiuæ,neq; oportet recurrere ad quantitatem præcedentem,nam intrinſeca poſterioris nullo modo uariantur propter hoc quod alteri ſuccedunt ſi ergo nulli ſuccederet & denouo eſſe totale haberet,crearetur ergo & nunc licet ſuccedat alteri quia nihil ſui præfuit,& totale eſſe nunc de nouo habet creat̄ ergo licet nomen creationis aborreat,ſucceſſio.n.rationē creationis nō deſtruit ut ille opinatur,quia hæc habitudo non eſt niſi ſucceſſio quædam immediata eſſe iſtius ad eſſe illius,hoc autem non prohibet,quin illud ſuccedēs creatur ſi ſecundum ſe de nouo totaliter fit:& conſequenter neq; iſta ſucceſſio facit ut Chriſti corpus ſit ſub quantitate ſequenti quia non magis eſt alia a quantitate alterius hoſtiæ non conſecratæ q̄ ab iſta, cum nulla pars eius præfuerit in quantitate præcedenti & ſicut cum quantitate ſequenti non remanet ille idem panis qui formaliter ſecundum eū per quantitatem eſt hic:ita non remaneret corpus Chriſti ſacramentaliter: dicendum ergo aliter ſecundum comunem opinionem,quod non tota quantitas ſed pars noua eſt quæ producitur,& quātitati præexiſtēti additur & fortaſſe antiquo miraculo quo præcedens quantitas fuit ſeperata, quæ de nouo unitur illi fit ſeparata:iſta uero noua quantitas aut in præſentia

agentis

agentis naturalis a deo fit ſupplēte defectus ne ſumeretur experimentū fidei:aut oportet concedere quod agens naturale poſſit agere ſine paſſo in quod agat quia licet ſubiecto indigeat ut concā Deus tamen poteſt ſupplere pro illo & ita non erit ſine ſupplēte locum ſubiecti,& contēplaſ qui iſtorum modorum uidetur tibi probabilior ſunt.n.in hac materia egregij doctores ſibi contradicentes non ſolum inter modernos ſed etiam inter antiquiores de quantitatis uero tranſmutatione quæ hic poſſibilis ſit ſecundum ſe aut aliud quantum apponendo aut diuidendo dicendum ē diuiſio uero nihil eſt niſi reductio partium ī actu quæ prius erant in toto in potentia,i.indiſtinctæ partes,diuiſione diſtinctæ & diſcontinuatæ ſiunt,& ſic non eſt aliqua mutatio quæ ſubiecto indigeat: quod ſi aliquid ſit quod ſubiectum denominari debeat ſunt ipſæ partes manentes ſecundum eandem entitatem poſitiuam:ſola uarietate facta in cōtinuitate idē tamen remanet poſitiuum licet aliter ſe habendo,de appoſitione uero dicitur quod poteſt de nouo aliud quantum apponi nullo ſubiecto remanēte eodem niſi partibus,ſed contra dicunt aduerſarij ſi quantum quod eſt in ſubiecto continuatur quanto ſeparato haberent unum comunem terminum,uel ergo ille terminus erit in ſubiecto uel non in ſubiecto ſi erit in ſubiecto quomodo erit terminus accidentium ſeparatorum ſi non erit ī ſubiecto quomodo terminus quantitatis quæ eſt in ſubiecto & poteſt dici ꝓ nūc qđ corpus Chriſti eſt ſub quāto ſeparato & nō ē ſub aliquo qđ non eſt pars illius,ille autem terminus non eſt pars accidentis ſeparati,& non ſe tenet ex parte illius,ſed eſt in ſubiecto & ſe tenet ex parte accidentis coniuncti & tamen poteſt eſſe terminus accidentis ſeparati quia continuatio quantitati conuenit,& nō merito ſubſtātiæ ſed merito naturæ quātitatis:poteſt etiam dici quod ille terminus eſt quodam indiuiſibile de quo loquendum eſt ſecundum conditiones ambarum quantitatum quæ terminantur ad illud,& ut eſt terminus unius eius conditiones eſſendi ſortitur ut autem terminus alterius,alterius condionibus afficitur,nam & ſi una uirga fuerit ſecundum medietatem uiridis & ſecundum aliam ſicca, clarum eſt quod terminus qui continuat neq; eſt præciſe in uiridi neq; eſt præciſe in arido ſed in ambobus ſicut terminus eſt in eo cuius eſt terminus,iſte ergo terminus ut terminat accidentia cōiūcta erit in ſubiecto ut terminat accidentia ſeparata nō eſt in ſubiecto præſertim ſi terminus nō ſolum eiuſdem generis eſt cum eo cuius eſt terminus ſed etiam eiuſdem modi eſſendi,ſed licet ut ſic ſeparatum ſit a ſubiecto dubitabile ē ſi ſub illo eſt Chriſti corpus cum ſit indiuiſibile ſed ad hoc uidetur ſequi quod idem ſit ſeparatum & non ſeparatum a ſubiecto,ſed quia hæc ab habitudinibus non extranea ſunt:& terminus diuerſa reſpicit: ideo afirmatiue

negatiuas non inferunt ideo ſeparatum eſt ut terminat accidentia ſepa-
rata, coniūctum eſt ut terminat accidentia coniūcta, ſed non ſequitur eſt
coniunctum ergo non eſt ſeparatum, eſt ſeparatum ergo nō eſt coniūctū
quia Chriſtus eſt impaſſibilis & Chriſtus eſt paſſibilis illud quidem ſecun
dum naturam diuinam uerificatur, hoc uero ſecūdum humanam ſed nō
ſequitur eſt impaſſibilis ergo non eſt paſſibilis ē paſſibilis ergo non ē im
paſſibilis: licet ſubiecta conſtent cum quo in p̄dicatis ſimplicibus ſolet ex
affirmatiua de p̄dicato trāſpoſito ſeq; negatiua de p̄dicato ſimplici, dū. n.
Chriſtum impaſſibilem dicimus ſat eſt ſecundum unam naturam uerifi-
care ſi non eſſe paſſibilem fateremur adeo ſe extendit natura negationis
ſuper terminum ſuper quem exercet uim ſuam quod omnem modum
paſſibilitatis excluderet.

Caput Decimum ſeptimum.

NVnc querēdum & inueſtigandum eſt de tranſmutatiōibus: quæ fie
ri poſſunt circa Euchariſtiam quæ tamen accidentia corrumpunt,
& dicendum quod accidentia alia a quantitate: quantitatem habent pro
ſubiecto proximo licet omnia ad ſubiectum aliud depēdeant: ubi tamen
quantitas ſubſtantiæ differat a ſubſtantia & quantitas qualitatis a quali
tate: & tunc patet quod qualitas poteſt corrumpi, nam ubi ſit cōtrarium
prædominans quia eſt ibi comune ſubiectum quod eſt quantitas omni-
no actio corrumptiua ſequetur: quia illa quantitas reſpicit utrunq; termi
num alterationis, de quantitate uero plures ſunt dicēdi modi: duo tamen
cæteris ſunt probabiliores, unus dicens quod ſi quantitas corrumperetē
altero trium modorum corrumperetur, uel a ſuo contrario, uel a corru-
ptione ſubiecti, uel ſui diuiſione: modo quantitas non poteſt corrūpi cor
ruptione contrarij quia quantitati nihil eſt contrarium, neq; poteſt corrū
pi corruptione ſubiecti, quia ſine ſubiecto eſt: neq; poteſt diuiſione cor
rumpi, quia illud quod eſt diuiſibile in infinitum, diuiſione corrumpi nō
poteſt: nullo ergo modo quantitas in hoc ſacramento naturaliter corrū-
pi poteſt, qñ ergo corrumpitur diuina uirtute corrumpitur, ut puta qñ
ita magna alteratio fieret in qualitatibus ut ſub illis non ſtaret ſubſtantia
panis & tunc deſinit eſſe ſacramentum, alius modus dicendi quem egre-
gij ſequuntur Theologi eſt quod quantitas illa poteſt corrumpi nō a cō
trario ſui ſed a contrario accidentium quæ fundantur in illa ad quæ erat
determinata propter eſſe in pane, & quia illud eſſe fuit ſibi conſeruatum
a deo: agens naturale, corrumpendo qualitatem, quantitatem corrumpe-
ret, & fortaſſe quia quantitas naturalis eſt & in ſuo eſſe naturali miracu-

loſe conſeruatur & non eſt puꝝ mathematicum poſſet ſui diuiſione cor-
rumpi ſicut ſi afficeret ſubſtantiam panis: uiæ omnes ſunt probabiles &
egregios habent fautores: ſed quomodocunq; fiat dubitatio nõ leuis eſt:
utrum neceſſarium eſt ſubſtantiam aliquam redire diuina actione: & qui
dam ex noſtris aſſerunt. quod redit ſubſtantia panis: ſed dicant iſti quan-
do redit panis. aut in ultimo inſtanti. Quando noua ſubſtãtia generatur
ut puta caro hominis ſpecies comedentis & tunc cum alia ſubſtantia ge-
neretur: erit primum non eſſe panis: qui tamen in illo inſtanti poſitus eſt
habere primum eſſe: ſi uero redit ante illud inſtãs ergo non tam diu rema
net euchariſtia quã diu remanẽt ſpecies panis conueniẽtes formæ panis:
uel ſubſtantia panis erit cum corpore Chriſti. quod utrunq; negant:
propter quod eſt alia opinio quæ aſſerit quod redit materia, nõ tamẽ ma
teria prius anihilata uel conuerſa in corpus Chriſti: quia hoc non poſſet
eſſe niſi corpus Chriſti conuerteretur in illam: creat ergo deus nouã ma-
teriam propter antiquum miraculum: ut omnis tranſmutatio poſſit hic
fieri ab agente naturali, quæ fieri poſſet ſi accidẽtia eſſent in ſubiecta ſub
ſtantia, ne ſumatur experimentum de miſterio fidei: ſed hæc opinio diffi-
cultates patitur. quando enim redit iſta materia, aut in ultimo inſtanti.
quando ſcilicet gñatur noua ſubſtantia, aut ante illud inſtans: nõ ante qa
ſic ſimul erit materia corporis Chriſti & materia de nouo creata, & mate
ria eſſet ſine forma contra eoꝝ doctrinam: ſi in eodẽ inſtanti fruſtra poni
tur: ut agens naturale ex ea gñet cum non gñet niſi corrumpendo: nunc
aũt materia non ponitur redire ſub forma corrũpenda: quia tunc qñ ha-
beret primũ ſui eſſe hẽret primũ ſui non eſſe pp quod dr̃ quod noua ſub-
ſtantia gñatur ex demenſion bus interminatis: qbus deus dat naturã ma
teriæ. quæ opinio: omnino eſt impoſſibilis: impoſſibile enim eſt ut forma
de genere priori poſſit perficere ſuſceptiuum de genere poſteriori: & quo-
modo forma ſubſtantialis poteſt educi de potentia dimenſionum in qua
rum uirtute non continetur: & quomodo de potentia accidentali educe-
tur actus eſſentialis: eſſet enim dicere albedinem angelum iformare: ignis
etiam agens in lignum & in hoſtiam non uniuoce ageret: quia non produ
ceret terminum eiuſdem rationis: & cur ille ignis potius eſſet ignis natura
lis quam ignis Mathematicus: propter quod aliqui pie uolentes eoꝝ do-
ctorẽ deffendere cuius uerba in partẽ hanc quam diximus declinabãt di-
cunt qđ diuina uirtute dimẽſiones interminatę cõuertunť in materiã quã
dam q̃ eſt ſubm formæ ſubalis nouiter pductæ: ſed iſta expõ non ſine dif-
ficultate ẽ: neq; eoꝝ doctor ſemp uno mõ loquiť de dimẽſiõibus itermina
tis: ſed ſi dimenſiones in materiam quandã conuertunť & hoc in inſtan-
ti quando nouo forma gñatur: quia non ponitur forma ſubſtantialis cor

uirgine,in ſanguinem conuertendi,partim formæ alterius in cibum con-
uertendi & aliquando a uirgine aſſumendi, quas licet ſimul iunctas in
format anima Chriſti in ſacramento:non tamen informat ſimul in uirgi
ne:& alibi ubicunq; fuerit replicata ac diuiſa.informabit tamen ſucceſſi
ue dum iuſta ponuntur portioni materiæ in uirgine, uel poſt natiuitatē
extra in corpore nati.ſucceſſiue inquā donec informet oēs materiæ par-
tes in naturali exñtia,quas ſimul informat in eucharistia: & licet in illis
trāſmutationibus multæ formæ ſubſtantiales corrumpantur, & forma
ſanguinis,& forma nutrimenti:& cibi nulla tamen noua forma produci-
tur:ſed anima Chriſti in euchariſtia dudum creata ſucceſſiue informabit
ſingulas materiæ partes:quas ſimul informat in euchariſtia: hæc iſte do-
ctor:quæ licet ingenioſe dicta ſint, uidentur tamen contradictionem in-
cludere,& quod aſſerat contra doctorem,cuius opinionem uult ſubſtine-
re.iſte enim doctor in manifeſto ſui ſermonis concedit quod anima intel
lectiua informat eandem partem materiæ quā in utero uirginis non infor
mat,ſed informat forma ſanguinis.In ſilua forma columbi:ſed iſtæ for-
mæ ſunt incompoſſibiles. ergo nō poteſt præciſe eadem materia illis in-
formari.neq; ualet ratio eius,quia poteſt deus eandem materiam facere
ſimul in pluribus locis.quia licet hoc uerum ſit.audi tamen uerba docto
ris quæ uult ſubſtinere in.4.ſen.d.10.q.4.ubi ſic dicit,reſpondeo nulla
contradictoria ſunt de eodem concedenda.propter diſtinctionem iſtorū
modoꝝ eſſendi:ſi ergo loquæris de corruptione quæ eſt ſeparatio partis
a parte ſicut corporis ab aīa:uel formæ corporeitatis a materia. ſi talis
corruptio eſt exiſtentis ſub tali mō.eſt etiam eiuſdem ſub quocunq; mo-
do.alioqn eadem forma ſimul i formaret idem & non informaret,& p cō
ſequens non poſſet corpus Chriſti ſub mō naturali fieri inanimatum qn
fieret ſub ſacramento inanimatū:& econuerſo.nec etiā reſolui in materiā
ſeparata forma corporeitatis hic quin ibi fieret tale ſub mō ſacramenta-
li,hæc ille, qūo ergo eadem præciſe materia erit in euchariſtia informata
anima intellectiua,& in utero non erit informata niſi forma ſanguinis, in
ſilua forma colūbi.quæ incōpoſſibiles ſunt,ergo eadē materia erit aīata:
& inanimata,& in pluribus ſpēbus.per plures formas ſpē diſtinctas,neq;
uarietas loci inducit uarietatē in abſolutis q̄ ſunt priora,neq; opinio ali-
qua debet cogere eruditū doctorem ad cōcedenda contradictoria,pp q̄d
iſta difficultas cōſideratiōe indiget,dicendum tñ pro uiribus q̄ alios exci
tabimus ad hanc ueritatē inueſtigandā,& fortaſſe dicendū q̄d ubi mate-
ria ſub forma ītellectiua fuiſſet in ſacr̄o.non eadē præciſe fuiſſet ſub for-
ma ſāguinis:ſed fuiſſet ſub forma carnis,ita q̄d ſpūs ſanctus q ſuperue-
nit uirgini non feciſſet materiā Chriſti q̄ iam erat ſub anima intellectiua.

ſub forma ſanguinis:ſed illum ſanguinem uirginis conuertiſſet in carnē & non in aliam quam in illam præciſe quæ erat in ſacramento : quia iſti duo modi eſſendi : non ſunt inuicem repugnantes: non pono ergo:quod eadem materia fuiſſet ſub duabus formis ſpecificis : aut informata : & non informata eadem forma , ſed ex ſanguinibus uirginis caro Chriſti fuiſſet non illa tamen quæ antea non erat , ſed quæ prius erat in ſacramento:Ideo eadem caro uirtute diuina quæ præerat in ſacramento: fuiſſet ex ſanguine concepta in utero uirginis,& incepiſſet eſſe ſub modo naturali:& Deus poteſt ſanguinem in carnem conuertere,ita in præexiſtentem,ſicut in non præexiſtentem,& ita conciperetur ex uirgine,ſed non incepiſſet ſimplr ſub mō naturali,qa p̄cedebat ſub mō ſacrali, nō tñ fuiſſet eodē mō cōceptio:ſicut mō:ſicut neq; eſſe ſcdm quod illa incepiſſet: hæc reſponſio data eſt ubi præceſſiſſet euchariſtia cum omnibus contentis etiam cum anima intellectiua:ut uidentur uerba,d.intendere,cum faciat mentionem de animato & inanimato,Et dicit quod Chřs uel eius corpus ſimpliciter non incepiſſet , modo ubi non præceſſiſſet anima intelle ctiua:ſimpliciter incepiſſent,præcedenti etiam forma corporeitatis eadem,ſicut illa remanente homo ſimpliciter moritur : ſed ſi præceſſiſſet quo ad rem primo contentam ſicut fuiſſet in triduo , ut uidetur innuere in principio quæſtionis, ſiue fuiſſet uerbum illi corpori unitum,ſiue non, eſſet dicendum quod eadem præciſe materia quæ fuiſſet,ſub forma corporis, fuiſſet ſub forma ſanguinis & ſub forma columbi,præſertim ſi integram quantitatem quam Chriſtus habuit in fine habuiſſet in ſacramēto:& quantitas fuiſſet in per ſe primo termino,forma autem generis non eſt incompoſſibilis formis ſpecificis:& ante conceptionem deus conſeruaſſet illam materiam in genere quæ tamen in euchariſtia in nulla fuiſſet ſpecie.& ſi in fieri aliquid poteſt eſſe in genere quod tamen ſub nulla ſpecie eſt,cur non poteſt deus conſeruare materiam in genere ſine hoc quod ſit in ſpecie,& ſi terminus conuerſionis per ſe primo eſt materia & forma mixti ſicut fuiſſet in triduo ſi præceſſiſſet ſacramentum , & non fuiſſet aliud pactum,non uidetur quod Chriſtus præceſſiſſet,eſt enim anima nunc in ſacramento concomitanter,quia eſt in materia in diſpoſitione naturali,ſi ergo nullibi fuiſſet. In diſpoſitione naturali,non fuiſſet in ſacramēto:niſi terminus per ſe primus,Et ita Chriſtus non præceſſiſſet,ſed ſi ita eſſet ſimpliciter incepiſſet qa ſecundum formam ſpecificam de nouo creatam incepiſſet,qcqd fuerit de inceptione corporis de qua ſola uř intēdere doctor altius cōteplare ſcotiſta uerba doctoris tui:ſed adhuc dubitatur quia forma mixtionis non eſt accidentalis:ſed ſubſtantialis , ergo conſtituit materiam in genere ſubſtātiæ:ergo neceſſe eſt qđ conſtituat in

determinata

determinata ſpecie,& ita alius terminus ſpecie fuiſſet ante incarnationẽ uerbi,& alius poſt,quĩ forma ſpecifica conſtituit materiam in eſſe ſpecifico,& ſi forma mixtionis in nulla ſpecie conſtituit,ſaltem terminus nõ erit eiuſdem ſpeciei,& ad hoc dicendum,quod forma mixtionis non c ſtruit materiam in aliquo eſſe ſpecifico,nec per illam eſt corpus.i. indiuiduum corporis,quod eſt genus,nam quodcunq; indiuiduum ſua forma tali eſt corpus,ut corpus eſt genus,& habens corporeitatem,ſed loquor đ corpore ut eſt alter a pars compoſiti,per hoc.n.inquit Scotus,non eſt indiuiduum:nec ſpecies in genere corporis,nec in genere ſubſtantiæ,quod ẽ ſuperius,ſed tantum reductiue,unde corpus quod eſt altera pars cõpoſiti manens in eſſe ſuo proprio ſine anima habet per conſequens formam qua ẽ corpus iſto modo,& ita alia eſt ab anima , ſed non eſt aliquod indiuiduum,ſub genere corporis niſi reductiue,ſicut inquit doctor,eſt anima ſeparata quæ per ſe non eſt inferius ad ſubſtantiam,ſed tãtum reductiue, iſta ergo forma & materia conſtituunt terminum per ſe primum tranſubſtantiationis,& iſta forma in ſpecie non conſtituit ꝗ;iſtud compoſitum imperfectum in nulla ſpecie niſi reductiue,& in potentia proxima ſicut forte eſſet materia ubi eſſet ſine forma , & iſto modo potuit inſtitutio ſacramenti præcedere conceptionem Chriſti, & illa forma non eſt incompoſibilis formæ ſanguinis,aliter ſtante ſacramento nõ potuiſſet Chriſtus concipi de ſanguinibus uirginis, contra opinionem quam defendimus & ita corpus ſimpliciter non incepiſſet licet Chriſtus ſimpliciter incepiſſet ſcđm formam ſpecificam & tunc fuiſſet uerbum incarnatũ & ſi hæc animaduertiſſet ille celeberrimus doctor qui fecit tractatum de canone miſſæ ad eius opinionem erroneam non deueniſſet,ut eadem materia ſimul eſſet informata duabus formis ſpecificis,& ego uere ſcio quod iſtæ reſpõſiones doctoribus non placebunt,ſed ſi meliorem dabunt audite non recuſabo:unum tñ mihi certum eſt quod iſta dubitatio ẽ difficillima neq; mirum ſi reſponſiones admirandæ ponuntur,quia admiranda res ſacramenti eſt,& extra naturæ ordinẽ,& dei potentia infinita eſt, quæ plus poteſt ꝙ mens noſtra ualet intelligere,ad principale ergo quæſitum,quid ſit dicendum patet,neq;.n. oportet corpus ꝙđ diuina uirtute fit in uno loco,ut deſerat locum remotiſſimum,neq; oportet tranſire per medium qđ neceſſarium eſt agenti finito,non autem in infinito, hæc autem ꝑ ampli oti doctrina dicta ſcito,quia corpus Chriſti non eſt in ſacramento localiter ideo non oportet ut per medium tranſeat neq; ut cœli locum deſerat quia ubi in cœlo non eſſet neq; ſub modo eſſendi naturali adhuc poſſet fieri ſacramentum,unde cum dicitur cœlos aperiri in imolatiõis hora nõ ſic intelligendum eſt,ut per deſcenſum corporis cœlum aperiatur, quod

Digitized by Google

ideo in imaginibus aliquid numinis fore non credimus,ſed quales ſunt iu dicamus & ut imagines adoramus honor.n.imaginis ad prototipũ per- uenit.i.ad exemplar de hoc qualis fuerit opinio durandi alibi habendus eſt ſermo,Interea uero habitum uenerare qui inclinat in adorationẽ ima- ginis indiſtincte,neq; ſecludendo neq; includendo actualiter exemplar qa populus rudis uirtualiter fertur in illud cuius eſt imago licet nõ ſit actua lis intentio eius,quæ neq; in conſecrando requiritur,adorat etiam in fide eccleſiæ quæ errare non poteſt quia ſine ruga & ſine macula eſt, ut dixit paulus apoſtolus,hæc autem diximus ut facilius intelligãtur quæ de ado ratione Euchariſtiæ dicturi ſumus,propter hereticorum ſtulticiã & Zu- uiclianam impietatem,& ſequatium qui nolunt uenerari tantum ſacramẽ tum,in quo totus ẽ Chriſtus,& uerbum cibatorium animæ,dico ergo qđ Chriſtus eſt in hoc ſacramento ideo latriæ adoratione exteriori & interio ri adorandus eſt,propter quod non cõmittitur idolatria, dum ſanguinis etiam ſacramentum adoramus,adoramus corpus Chriſti,& deitatẽ quæ ibi concomitanter ſunt,licet non eodem ordine, quia immediatius ẽ ibi corpus quo mediante eſt uerbum quod non eſt ipoſtatice unitum ſangui ni unde in triduo fortaſſe ſanguis nõ fuiſſet adorandus quia erat diuiſus a corpore & conſequenter a deitate dum autem ſacramẽtum adoramus, adoramus perſonam uerbi in duabus naturis ſubſiſtentem,adoramus ẽt humanitatem Chriſti realiter in ſacramento contentam, adoramus Chri ſti imaginem,& omnia adoramus,non aliter tamen q̃ adoranda ſint, qa actus adorationis non confundimus neq; panem aut eius accidẽtia ado ramus,ſed uerbum quod caro factum eſt & tũc meditari debet Chriſtia- nus populus quod lãguores noſtros ipſe tulit & dolores noſtros ipſe por tauit iuxta ſermonem Iſaiæ,& ipſe uulneratus eſt propter iniquitates no ſtras,attritus eſt propter ſcelera noſtra & liuore eius ſanati ſumus,& obla tus eſt quia ipſe uoluit,& non aperuit os ſuum,quia abſciſſus eſt de terra uiuentium,propter ſcelus populi mei percuſſi eum, & cum ſceleratis re- putatus eſt,& ipſe peccata multorum tulit & pro tranſgreſſoribus roga- uit,& q̃ admirabilis fuit illa dilectio ad quã nos inuitat dominus Io. 13. dicens,mandatum nouum do uobis:noua inq̃ forma tradendi eſt,quam ſubdit ut diligatis inuicem ſicut dilexi uos,& quæ maior dilectio q̃ pone re animam ſuam pro amicis ſuis,ipſe autem pro nobis factus ẽ obediẽs uſq; ad mortem & in ſanguine ſuo nos redemit Apo. primo ſi ergo tot beneficia meditabimur & merita paſſionis domini qui hoc ſacramentũ inſtituit,cur debemus ab uſu celebrandi deſiſtere & amplius Chriſtianum populum non decipere,dicente Paulo. 1. ad Corinth. 11. quotieſcũq; mã ducabitis panem hunc,& bibetis eius calicem mortem domini annũtia-

**bitis,cur ergo ſacramētum tam admirabile ſacrifitium tam deo gratum,
miſterium fidei tam occulte,quod caro & ſanguis nō reuelauit nobis,ſed**
unigenitus filius qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit,cur inq̄ non adorabi
mus adoratione latriæ quod adorantibus erit uiaticum ad uitam eternā
nam filius uiuit propter patrē,& qui ſumit illud corpus uiuit propter fi
lium,& ille erit in nobis & nos in illo,hæc igitur imolatio eſt,quæ ſummo-
pere deum placat in quo gratiarum dona ſolito effluentius conceduntur
unde ceci ſunt iſti qui miſſam condemnant,cuius principale eſt, ſacramē
tum tam uenerabile in qua ut inquit Aug.2.de ciuitate.C.58.uere dei aut
præcepta inſinuantur,aut miracula narrantur, aut dona laudantur , aut
benefitia poſtulantur,erit ne decipere Chriſtianum populū,domini paſ-
ſionem per eius uerum corpus memorare pro peccatoribus orare,de be-
nefitijs prius comemoratis gracias refferre aut de nouo humiliter ſuppli
care,& uitam Chriſti & eius præcepta populo legere quare impij taceāt
cum quibus uellem coram diſputaſſe ut eorum admirabilem doctrinam
oſtenderent quam in eorum operibus non inueni:& tamen credunt ſecū-
dum euangelium ſcribere & uiuer̄,ſed dedit eos deus in ſenſum reprobū
ut habentes oculos non uideant,aures habentes non audiāt, propter pec
cata eorum,ſed conuertantur & uiuent,ego.n.inquit dominus, neminem
uenientem ad me eijcio foras ſed ipſos poſtq̄ milies ſe indurant & Chri-
ſto uocanti non reſpondent,& aures claudūt deus met indutabit, & iter
nis amplius uocationibus non uocabit & tanq̄ pharaones in eorum cō
fuſione dimittet nō placet tamē domino cōfuſio & mors impij quæ crea
tura manum ſuarum eſt,ſed ut cōuertatur & uiuat,ſed ſurgat qui dormit
& exurgat amortuis & illuminabit eum Chriſtus iuxta ſermonem Pauli
ad Epheſios capite quinto.

Caput Vigeſimum.

**POſtq̄ uiſum eſt de pertinentibus ad ſacramentum reliquum eſt tra
ctare ſi Chriſtus in nouiſſima cœna Hieroſolymis celebrata,quādo
ſacramentum hoc inſtituit:dedit corpus ſuum etiam Iude qui proditor
erat & quorundam extat opinio ad partem negatiuam,& cum illis eſt hi
larius qui occaſionem ita ſentiendi,accepit ex quibuſdam ſententijs Euā
geliſtaꝝ legit̄.n.Matthei 26.& accipiens calicem gratias egit & dedit illis
dicens bibite ex hoc omnes & infra nō bibam amodo de hoc gemimine
uitis uſq̄ in diem illam cum illud bibam uobiſcum nouum in regno pa-
tris mei ex his uidetur quod tunc non fuerit præſens Iudas, quia nō erat
bibiturus illud nouum in regno patris ſui,ſicut dicit ibi Dominus præ-**

ſentibus in cœna:præterea legitur Io.13. Cum ergo accepit ille buccellã
exiuit continuo modo quando buccellam dedit non adhuc communica-
uerat,præterea Christus accipiens calicem dixit hic eſt calix qui pro uo-
bis fundetur ubi nullum aſtãtem uidetur excludere a præmio redemptio
nis factæ in ſanguine ſuo:præterea docuit dominus Matth.7.ſanctũ non
eſſe dandum canibus Chriſtus autem incepit facere & docere: quomodo
ergo ſanctum ſanctorum dedit iudæ exiſtenti in peccato mortali uidere-
tur enim ille laquæum dediſſe in ruinam:& lapidem in offenſionem pedis
quod ſummæ charitati Chriſtus nõ conueniret:hæc iſti quia tamen huic
opinioni contradicit comunis ſchola Theologorum:& eccleſiæ conſuetu
do approbat:mihi rationabilius uidetur tenere partem affirmatiuam ad
quæſitum:licet oppoſita uia ſit probabilis,& abſq; hereſi poſſit ſuſtine-
ri cui textus ſacræ ſcripturæ non contradicit qui poſſet diuerſimode ex-
poni,quia tamen in exponendo non licet sẽſum proprium ſequi ne qui
libet abundaret in ſenſu ſuo:ſanctorum expoſitiones ſunt amplectendæ:
ideo dicemus cum Ambroſio Bernardo:& Auguſtino & comuni Theolo
gorum ſchola cui contradicere temerarium eſt,ad primum ergo argumẽ
tum factum in oppoſitum,dico quod intentio textus eſt:dico autem uo-
bis,non bibam amodo de hoc gemimine uitis uſq; in diem illum cum il-
lud bibam nouum uobiscum nouum ideſt nouo modo non neceſſarium
uitæ quia immortalis reſurgam quem ſtatum immortalitatis intelligit p
hoc quod dicit in regno patris.hoc autem quando fuit factum rei proba
uit euentus quando ſcilicet Chriſtus poſt reſurrectionem cum diſcipulis
manducauit,neq; minus uerificatur illud dictum etiam ſi cum diſcipulis
fuit iudas.In inſtitutione ſacramenti,poteſt etiam dici quod Chriſtus di-
ſcipulis loquitur a quorꝫ collegio Iudam non excluſit ſed ipſe ſi ſua Neq
tia ſeparauit:& ſi nõ ſeparaſſet ſe q̃tum ad Chriſtũ:ille quoq; bibiſſet in
regno p̃ris ſui,uel non refert́ ad diſcipulos ſed ad p̃deſtinatos de quorũ
numero iudas nõ fuit q̃uis eſſet diſcipulus dñi:põt ẽt dici & fortaſſe ma
gis ad ſpũm,non bibã de hoc gemimine uitis uſq; in diẽ illum cũ illud bi-
bã uobiſcũ nouũ in regno p̃ris mei.i.in eccleſia q̃ regnum dei dŕ Apoca.i.
hunc aũt præclarꝫ calicẽ quotidie bibit dñs in mẽbris ſuis q̃ per grãm illi
uniunt́.de quo calice p pphetam dŕ,calix meus inebrians q̃ præclarus ẽ,
& adhũc calicẽ inuitat ſpũs ſcũs cãticorꝫ.5.dicẽs comedite amici & bibite
& inebriamini chariſſimi uñ hanc ſobriã hebrietatẽ germinantẽ appellat:
q̃a fidẽ incorruptã & charitatẽ p̃fectã tribuit:non ergo loq̃tur diſcipulis
in pſonis eorꝫ:ſed eccleſiæ cuius illi erãt colũnę:& q̃uocunq; exponat́ eo-
rum rõ ualde remota eſt ab intellectu uerborꝫ dñi:ad aliam rõnem acce-
ptã ex uerbis Io.dicẽdũ qđ q̃n Chriſtus panẽ itĩctũ porrexit.iã diſtribue
rat ſacrm̃ corpis ſcđm expõnem Bernardi in ſermõe de cœna dñi.iõ btũs

Augu.uult qđ poſtq̄ dñs diſtribuit corpus ſuũ & ſanguinẽ iudæ bucellã,
porrexit:ut ꝓditore tacite ĩſinuaret:lucas uero:cũ dicit poſtq̄ cœnauit ac
cepit calicẽ:nõ debet ad integrã cœnã referri ſed ad eſum agni paſchalis:
iter quẽ & inſtõnem ſacrĩ tp̃s aliqđ effluxit:qa fcã cœna agni paſchalis la
uauit pedes diſcipuloꝝ & poſt lotionẽ pedũ corpus ſuũ & ſanguinẽ de
dit diſcipul' mirabil'r ad mãducãdũ & bibendũ:ut diſceremus prius nos,
mũdare:& ꝓbare:& poſtea corpus dñi & eius ſanguinẽ accipe lotis ergo
pedibus rediit ad cõtinuãdã Cœnã pedũ lotione Iã interruptã:Iõ Lucas
bis acceptũ calicẽ refert prio eni loquit' de calice uini poſt paſcha iudeo
rũ poſtea de calice ſanguinis ſui:& ſic Iudas bibit eius ſanguinẽ cui cõcor
dat Hieronymus in gloſa ſup marcũ exponẽs illđ Marci & biberũt ex eo
oẽs:ubi loq̃ns de calice ſanguis dicit Iudas:bibit ſed nõ ſaturat':nec ſitim
extiguit eterni ignis:q̃ indigne ſumit miſterium Chr̃i:& ita ordinat uerba
textus Gersõ i monotaſſarõ ſuo.c.39.ubi prio ponit lotionem pedũ : po
ſtea inſtõnem ſacrĩ poſtea recitat datã Iudæ buccellã & oĩa fecerũt in ea
dẽ cœna diſcõtinuata tñ:& illa fuit in qua fuit eſus agni paſchalis : & iſtõ
ſacrĩ ut ſimul oñderet' deſitio figuræ:& inſtõ ſacrĩ,ad ſeq̃ntem rõnem di
co qđ ꝓ uobis:& ꝓ multis,& ꝓ oĩbus,& ꝓ mũdo fuit eius ſanguis quo ad
ſuffi.ientiã ad alıđ dico qđ ſctñ negari debet canibus,cũ ſine ſcãdalo fie
ri pt,mõ ſine reuelatiõe occulti crimis Iudæ fieri nõ poterat ut qđ oĩbus
cõcedebat' Iudæ denegaret',uoluitq̄ ſui exẽplo nos monitos hẽre dñs oc
cultũ pcõrem licet notũ nobis a cõione nõ repellendũ ne ꝓditores potius
q̄ correctores ſimus.

Caput Uigeſimumprimum.

TRactandũ mõ eſt,ut nihil reliquat' qđ ad inſtõnem ſacrĩ pertineat.
utꝫ Chr̃s qñ inſtituit ſacr̃m qñ.ſ.erat in ſtatu mortali ut rei ꝓbauit
euentus dederit corpus ad mãducandũ diſcipul' ĩpaſſibile.ſ.an paſſibile
ĩmortale an mortale,& Vgo cũ hãc q̃õnem cõſideraſſet in libro ſuo.ij.de
ſacrĩs part.ij.c.3.dicit illa uerba.ego in hmõi q̃õne ſicut in alijs ꝓfeſſus
ſum oĩa ſecreta magis ueneranda q̄ diſcutienda cenſeo,ſimplicitati fidei
hoc ſufficere puto,ſi dicimus tale dedit quale uoluit,qa op̃s erat & potuit
oẽ qđ uoluit,iõ ãt ipſe nouit,quale dedit,qa ſapĩa erat & nõ potuit ignora
re qđ fecit ꝑpca leuius ſe a q̃õne abſoluit, & fortaſſe tutius in ſemetipſo
ſubſiſtit q nõ dicit mortale dedit,ne uideat' dicere cõtra ſacrĩ dignitatem,
nec dicit ĩmortale dedit,ne extimet' credere cõtra eã,q̃ in Chr̃o añ reſurre
ctionem fuit mortal' corpis ueritatem,ꝑp hæc fortaſſe melius eſt ut neu
trũ diffinire ꝓſumamus q̄uis tñ credat' qđ alteꝝ fuerit,licet hæc dcã ſint
a uiro ſane laudato & peritiſſimo in materia de ſacramentis non tamen
inutile iudico hanc queſtionem tractare ſecundum ea principia quæ ma

Digitized by Google

gis catholicæ ueritati conuenire uidentur:quia poſſent heretici ex parti-
um diſiunctiue deſtructione:que ab eis poſſet abſumi cõtra catholicã ue-
ritatem uideri contra catholicum palmam obtinuiſſe : ideo ipſemet ad
unam partem declinat unũ dicit ego,ſi alteꝝ dicendum eſt,abſq; præiudi-
cio ueritatis magis ad illud ſenſum accedo:ut corpus ĩpaſſibile & ĩmorta
le quantum,ſ.ptinet ad ſcificationem ſacrĩ tradidiſſe dicatur : & infra:ſi
enĩ hoc potuit ut ipſe ſeipſum manibus geſtaret:ut diſcipulis ſine corru
ptione ſui ſe edendum diſtribueret:& tñ ipſe qui dedit:& qui dabatᷣ : qui
portauit & q portabatᷣ idem eſſet:qđ miꝝ eſt:ſi dr̃ qđ ipſe in eo quod da
bat:fuit mortalis:& in eo qđ dabatur ĩmortalis:fuit: & tñ ipſe q mortalis
dabat:& q immortalis dabatᷣ:non duo ſed unus fuit ipſe:qũo enim ĩmor
talis non dabatᷣ qui inuiſibilr̃ ſumebatᷣ:& incorruptibilr̃ manducabatᷣ,
inuiſibilr̃ ſumebatur:quãtum ad formã dico proprij corporis ſui,nõ quã
tum ad ſpeciẽ ſacrĩ ſui , iuiſibilr̃ enim ſumebatᷣ:quia in eo qđ ſumebatur,
qđ ipſe erat nõ uidebatur Chriſtus.n.ſumebatur:& ſpẽs panis & uini tñ
uidebantur,ideo dico inuiſibilr̃ ſumebatur:& qđ erat non uidebatur:ſi er
go in eo qđ dabat qđ ipſe erat uidebatur:& in eo qđ dabatur,qđ ipſe erat
non uidebatur:& ſi in eo qđ dabat tenebatur & crucifigebatᷣ:& in eo qđ
dabatᷣ frangebatᷣ & non diuidebatᷣ,edebatᷣ & non corrũpebatur qd mi-
raris ſi in eo qđ dabat mortalis dr̃:& in eo qđ dabatur ĩmortalis & ĩpaſſi
bilis p̃dicatur:ſi quis uero diceret cõtra Vgonẽ:Chriſtus dicẽs hoc ẽ cor-
pus meũ:tale corpus dedit quale hẽbat:hẽbat aũt corpus mortale & paſ
ſibile ut mors ſuprauenĩens demõſtrauit:ergo corpus paſſibile & morta-
le dedit diſcipulis ad mãducandum,ad hoc rñdet uenerabilis Vgo dicẽs:
hoc ipſi indubitãter ꝓfitemur mortalẽ fuiſſe dñm ieſum ſcdm humanita-
tem ſuſceptã:quia ſi mortalẽ fuiſſe nõ crederemus: mortuũ negaremus :
humana ergo natura in Chriſto mortalis fuit:ſed uolũtate non neceſſita-
tate ex eo enim quo p gratiam ab oĩ peccato munda,uerbo dei in unitatẽ
perſone iuncta eſt,ab omni mortis neceſſitate & debiti libera facta eſt, ut
nihil morti deberet,pro eo qđ peccati nihil haberet : ſubſtinuit tñ ſponte
mortalitatem:qa mortem ſubſtinere uolebat,ſi ergo ſponte mortalitatem
portauit quo uſq; mortẽ guſtaret:& ita mortalitatem deponeret: quia er-
go uoluntate:& nõ neceſſitate mortalis fuit:ipſius mortalitatis ꝓprietatẽ
ſecundum quod ordo & ratio tpis poſtulabat:priuſq̃ eam p mortẽ exu-
ret totam aliquando ex parte quando uoluit depoſuit:& rurſum qñ uo-
luit recepit,ut in hoc ipſo probaret:quia Inquantum eã ſubſtinuit ex ne-
ceſſitate non eſſet qui ſic pro poteſtate inquantũ uoluit eam non habere.
ſubſtinere oĩno non poſſet,legitur in euangelio quod dñs Ieſus Chriſtus
cũ uerbum uite p̃dicaret:& ad uitã mortales & morituros ĩuitaret,zelãtes

& inuidi oſtes:quem rationem conuincere non poterant furore extingue-
re uolebant:itaq; quaſi in eũ qui nihil amplius mortale hẽret manus inie-
cerunt & duxerunt inſupcilium montis ut eũ inde præcipitarent ipſe aũt
ut oñderet ſe quidẽ mortalem eſſe ſubſtinuit ut teneret̃:& ut iteꝝ demo-
ſtraret qa uoluntate non neceſſitate mortalitatẽ & paſſibilitatem ferebat,
non ſubſtinuit ut præcipitaret̃,cum enim eẽt ducendus teneri ſe patiẽter
tollerabat,cum aũt eſſet præcipitandus potenter p medium illoꝝ tranſi-
ens ibat:qñ uoluit tenebatur:qñ noluit non tenebat̃: quantum uoluit:&
qñ uoluit naturã mortalitatis admiſit:quantũ autem eã ſubſtinere uoluit
& qñ uoluit eãdem a ſe ptãtem remouit:trãſiens inqt p mediũ illoꝝ ibat:
nunqd putas qđ Chriſtus luctando ſe de manibus inimicoꝝ ſubtraxerit
cũ ab eis teneret̃,ut tranſiẽs liber p medium illoꝝ iret ergo fortitudo cor-
poris ſola in eo laudanda ẽ non uirtus deitatis:nõ ita conuenit ſed exhi-
buit ſe qualẽ uoluit:admittẽs ad ſe ex eo qđ ſponte portabat quantũ uo-
luit:ſi ergo mortalitatis naturã ſcđm diſpõnem rõnis diuinæ priuſq; eam
perẽniter uicturus exueret:ſcđm tempus aliqñ ex parte depoſuit: & iterũ
cum tp̃s poſtulabat aſſumpſit:qđ miꝝ eſt:ſi dicatur aliqñ pro eã & rõne
tp̃is ſcđm aliquid.& totam depoſuiſſe,in qua tñ adhuc cum tp̃s poſtula-
bat paſſurus fuit:ſi ergo hoc eẽ potuit ut ipſe ſeipſum manibus geſtaret:
& diſcipulis ſine corruptione edendum diſtribueret:& tñ ipſe q dedit:& q
dabat̃.qui portabat.& qui portabat̃ idem eſſet qđ miꝝ eſt ſi dr̃ qđ ipſe
in eo qđ dabat mortalis erat,& in eo qđ dabat̃ immortalis fuit:& tñ ipſe
q mortalis dabat:& qui ĩmortalis dabat̃ nõ duo ſed unus fuit ipſe:hæc iſte
doctor celeberrimus:q̃ magis pie q̃ erudite dicta ſunt:quia pp nullã poſi
tionẽ ſunt admittẽda contradictoria q̃ nulla potentia ẽt infinita uerifica
ri pñt:infinitas eni eſt modus potentiæ:modus ãt rõnem rei cuius eſt mo
dus nõ uariat ſicut neq; ingredit̃ illam:licet nõ egrediat̃ ſic qđ inter præ
dicata ſcđi ordinis reponat̃:ratio aũt potentiæ nõ eſt ſine poſſibili:qđ eſt
terminus eius:cõtradictoria aũt non ſunt poſſibilia:& licet Chriſtus aliqñ
fuerit uſus aliqua potẽtia qua ordinarie nõ utebat̃ non tñ aliqñ contradi
ctoria uerificaſſe cõcedit̃:cum ergo de Chriſto dr̃ qđ p mediũ illoꝝ ibat:
fortaſſe fuit uſus potẽtia motiua nõ organica:q̃ angelis & aĩabus beatis
cõcedit̃:& forte dote agilitatis quã ſolet poneř cõis uia theologoꝝ: & qđ
ĩpſe exñs in diſpõne naturali portauerit ſemetip̃m exñtem ſub mõ ſacrã
li.i.ſpẽs qbus erat pñs corpus ſuũ ſacrãlr:nullum maius eſt inconueniẽs
niſi ſcđm apparentiã quam ubi ſacerdos illas detuliſſet:nõ enim corpus
Chriſti præſens ſpẽbus panis mouet̃ p ſe neq; p accñs a mouente & de
ferente ſpecies panis:ſed a quo moueatur fuit antea a nobis dictum:ſed
quod idẽ numero ſit mortalis & ĩmortalis:humana rõ ẽt in lumine fidei

non

ñon ualet intelligere neq; illud eſt intelligibile:qa ſi Chriſtus in ſacro fuiſ-
ſet imortalis & impaſſibilis abſolute.ipoſſibile fuiſſet fieri inanimatum
imortalitas eni repugnat ſeparatiōi aie a materia mori eni eſt aiam intel
lectiuã a materia ſeparari:neq; mors p̃t intelligi dum aia intellectiua in-
format corpus:qa igitur in diſpōne naturali non ſolũ erat mortalis.ſed de
facto fuit mortuus.ergo de facto aia fuit ſepata a corpore ergo et i ſacra
mento fuit ſeparata:a iter eadē forma eãde præciſe materiã informaret
& non informaret qđ mens humana non capit:neq; oportet adducere
tot exempla quot inducit Vgo ad Dei potentiã manifeſtandã:qa illa ad
contraditoria nō ſe extendit:qa ergo in diſpōne naturali fuit inanimatũ
ergo ubicũq; realiter fuit,erat inanimatũ.& conſequenter non imortale:
qa mori.& eſſe imortale non ſe cōpatiuntur:ſilr ſi uulnerabať in cruce:&
facta fuit diſcōtinuatio partiũ ergo ubicũq; erat Chriſti caro erat diſconti
nuata.& hēbat uulnera licet non uulneraret ut ibi,quia ut ibi non hēbat
agens approximatũ:ſed in cruce uulnerabať propter qđ nulla eſt ratio q̃
dicit.q; ſi corpus Chriſti fuiſſet paſſibile fuiſſet leſum a comedētibus.qa
ſacro non eſt in diſpōne ut ledi poſſit:& dentibus diuidi & i ſtomachum
tranſmitti,eſſet eni intelligere carnalr uerba domini.quæ tñ ſunt ſpũs &
uita Io.6.neq; rō de uiſibili & inuiſibili aliquid ualet.qa hæc non ſunt niſi
m.3.modo relatiuoꝝ:& non erat in ſacro uiſibile:quia non erat mō quan
titatiuo.in diſpōne uero naturali eſt in mō q̃titatiuo qui neceſſario reqri
tur ut aliquid ſit uiſibile potentia propinqua,& hoc eſt deo poſſibile.q; ſ.
aliquid ſit alicubi ſine ſuo modo quantitatiuo,reſpectu realis habitudinis
ad aliqd:& conſeruet abſolutũ ſine illo reſpectu:etiã cum coexiſtentia lo-
ci,ſed quod ſimul ſit animatum & inanimatũ neq; ratio perſuadet:neq;
ſcriptura nos cogit,ppter quod eſt alia opinio oppoſita quæ nobis ma-
gis placet:qđ tale Corpus dedit:quale hēbat tunc,& illud tunc erat in ſe
paſſibile:& cōſeq̃nter ibi erat paſſibile:licet nō ut ibi:neq; hoc derogat di-
gnitati & ſufficiētiæ ſacri:ſi qdem Chři caro ſiue paſſibilis ſiue ipaſſibil̃,
uerbũ erat cibatoriũ aie:& ita uerbo unitũ tpe mortalitatis,ſicut tpe imor
talitatis:& longe melius ẽ ita dicere q; tenere opinionẽ Vgonis:q cogitur
cōtradictoria fateri:ẽ alius dicẽdi modus fortaſſe nō minus pbabilis:quia
ſ.modus eſſendi ſacralis exĩtie realis corpis Chriſti nō dependet a mō eſ
ſendi naturali:neq; cũ in ſui rōne includit:adeo qđ potuiſſet a deo inſtitui
uera euchariſtia ante incarnationẽ uerbi,dico ergo qđ exiſtentia corporis
Chriſti in ſacramento:neq; eſt primo mortalis neq; primo imortalis, licet
nō ſit mortalis nō eſt.n.mortalis qa ut ſic Chriſto nō poſſunt ſibi extrin-
ſeca approximari q̃ poſſint corruptionẽ in Chriſti corpe cãre:neq; quali-
tas cōplexiōalis unius ptis organice p̃t in aliã cũ nō ſint ptes ſitu diſtictæ

&c cõſeqnter neq; ea approxiatione approxiate q̃ exigit ut una ps poſſit in reliquam agere, non eſt ergo mortalis neq; eſt immortalis & impaſſibi-lis: quia dotes in corporibus beatis non ſunt qualitates formal'r inexũtes ſed ex dei mera uolũtate qui nõ coagit eãe ſecundæ corruptiuæ: pp quod dñr impaſſibilia ꝓpinqua potentia, neq; pp hoc quod dos appellat' erit realiter in corpe, ſed ſufficit q̃d ratione ſpũalium nuptiaꝝ, quæ in reſurre-ctione conſumabuntur, oĩbus beatis pro dotibus aſſignabit' diuina aſſi-ſtentia præſeruãs corpora ab oĩ corruptiuo, licet iſta cuſtodia non ſit rea-liter in cuſtodito, q̃a ergo Chriſtus in ſacro: non eſt in diſpõne naturali q̃ reqritur, ut corrũpentia poſſint ſibi approximari. & una pars agat in aliã & inde poſſit ſeq actio corruptiua, ideo nõ indiget ſpeciali cuſtodia, qua ꝑ ſeruet' corpus in ſacro, & ſic neq; primo mortalis neq; primo immortalis. ſed dicit' mortalis concomitanter, ſi Chriſtus eſt in ſtatu mortalitatis, q̃a ſi ſeparetur aĩa a corpore in uno mõ eſſendi in oĩ quoq; ſeparatur: dicit' quoq; concomitãter impaſſibilis eo q̃d in diſpõne naturali diuina uolun-tate præſeruat' a paſſione: & corruptione: uñ ſi euchariſtia fuiſſet ante in-carnationẽ non fuiſſet mortalis neq; ĩmortalis neq; primo neq; concomi-tanter: ſil'r ſi deſinit exñtia illa eſſe ſub mõ naturali. & remaneret ſub mo-do ſacramentali: cõcomitantes enim conditiões. ex his quæ in diſpoſitio-ne naturali cõditionibus ſunt, iudicande ſunt: ſed q̃a ante reſurrectionem erat in ſtatu mortali ut rei ꝓbauit euentus, q̃a de facto aĩa eius fuit ſepa-rata a corpore ſic ẽt erat in ſacramento licet ut ibi lancea & claui nõ ul-neraret', nunc uero quia immortalis eſt. & impaſſibilis, quia mors ultra il-li non dominabitur. in ſacramento quoq; immortalis & impaſſibilis eſt concomitanter, & ſic habes in hoc quæſito tres dicendi modos, duo uero ultimi uidentur mihi probabiles: remanet nunc dicere aliquid ſuper hoc quod ſolet ab aliquibus dubitari an ſcilicet Chriſtus quando tradidit cor-pus ſuum diſcipulis ad manducãdum ipſe quoq; acceperit: neq; hoc po-teſt ex textu ſacræ ſcripturæ determinari, maior pars tamen ſanctoꝝ par-tem affirmatiuam concedit: quia Chriſtus incepit facere & docere ſimili-ter prius uoluit baptizari quam alijs baptiſmum impoſuerit: an uero ac-ceperit ſacramentaliter tantum uel ſacramentaliter & ſpiritualiter dubita-ri ſolet placet tamen irrefragabili doctori Alexandro de ales. q. 44. part. 4. membr. 11. quod tantũ ſacramentaliter acceperit & non ſpiritualiter ut quorundam extat opinio & ſimiliter dicit de baptiſmo: habuit enim ſa-cramentorum cognitionem quæ ad ſacramentaliter ſuſcipiendum requi-ritur, non fuit autem ibi ſpiritualis refectio, quia licet Chriſtus eſſet uia-tor erat tñ ꝑfectiſſimus cõprehẽſor, ſic q. charitas eius erat in termino: q̃ ꝓficere nõ poterat: neq; hitu neq; feruore ab inſtãti, n, cõceptõis fuit in aĩa

Chriſti

chri tanta gra quod illi adi nullo pacto poterat, aliq ita ſpiritaliter non comedunt propter defectum & eorum nequitiam: quæ impedimento eſt ut gratia ſacramentalis non ſequatur, aliqui uero ſpiritualiter non comedũt propter plenitudinem gratiæ, Chriſtus autem erat plenus gratia quæ augeri non poterat, neq; aliquod eius meritum meruit ſibi augmentum gratiæ quæ iam erat in termino, ſed nobis meruit, ſibi autem meruit dotes corporis, aut remotionem impedimentorum que illas dotes impediebant & exaltationẽ nominis, de qbus in. 3. ſ. ſi dño placebit erit habẽdus ſermo decreui. n. omnes illos. 4. libros accuratiſſime diſputare & ſcribere.

Caput Vigeſimum ſecundum.

IN querendum nunc eſt ſi in hoſtia uideretur aliqua forma ut forma pueri uel carnis, ſi illud eſſet uerum Chriſti corpus uel ſaltim ſub illo, & ſi permittendum eſſet ut adoraretur a populo: & i hoc quæſito multa poſſibilia a deo fieri uideo cuius uoluntati nihil reſiſtit, ſed quid de facto ſit potius admiranda & ueneranda hæc ſecreta iudico q̃ ſentẽtiam meã afferre, cum præclariſſimi doctores inter ſe non conſentiant: & quidã egregij doctores aſſerunt qđ quandoq; talis apparitio miraculoſe facta (qđ adimus propter eas, quæ deo permittente poſſent a demonibus procurari) fit mutatiõe facta in ſenſibus uidentium nulla facta mutatiõe ex parte ſacramenti, nec tamen hoc ad aliquam ſpeciem deceptionis pertinet, quia & Chriſtus apparuit ſub ſpecie peregrini diſcipulis eũtibus in emaus, quandoq; talis apparitio contingit propter ſpeciem realiter exiſtentẽ in hoſtia: uerum dicunt iſti: non eſt illud uerum Chriſti corpus quod ſolũ in uno loco eſſe poteſt in ſpecie propria ideo dicunt quod dimẽſionibus remanentibus, facta mutatione circa reliqua accidentia apparet illa ſpecies, Alius uero doctor in Theorematibus ſuis concedens cum prædicta opinione quod illa ſpecies quæ apparet nõ eſt uera ſpecies corporis chriſti, dicit unum contrarium opinioni prædictæ, quod dimenſiones diuina uirtute conuertuntur in accidentia carnis, & ita priores dimenſiones nõ remanent: & ſub illis accidentibus ita eſt uerum Chriſti corpus ſicut ꝑus ſub accidentibus panis, ſed ratio opiniõis iſtorũ quo ad illud in quo cõueniunt non conuincit, poteſt. n. ut antea probatam eſt diuina potentia idẽ corpus eſſe ſimul in pluribus locis, ideo magis placet opinio quæ aſſerit, quod dum tales ſpecies apparent in uirtute Dei, eſt ibi uerum Chriſti corpus, qui ſe in propria ſpecie oſtendit ſicut oſtẽdit ſe diſcipulis poſt reſurrectionem, & nunc poteſt uideri ſolus digitus nunc in forma pueri, nã ſi duo corpora poſſunt eſſe ſimul quid prohibet ut eadem potentia ap-

Digitized by Google

pareat aliquid in minori forma q̄ ſit,& huic opinioni finis apparitionis magis conuenire uidetur fit.n.iſta apparitio a deo qui mirabiliter condeſcendit defectui fidei alicuius,cui ut ſubueniat Chriſtus ſe oſtendit in tali forma:modo inquit Alexander doctor irrefragabilis,ſi ſpecies quæ uiderentur alterius eſſent a Chriſto,licet homo aſpiciens ad credulitatem excitaretur,hæc tamen fides non proueniret ex oſtenſione ueritatis , ſed ex oſtenſione falſitatis crederetur.n,ueritas ſacramenti, quia crederetur ſpecies uiſa eſſe ſpecies Chriſti,quod tamen falſum eſt ſecundum opiniōem ſi.n.crederetur quod eſſet ſanguis bruti aut caro alterius a chriſto: nō crederetur quod ibi eſſet uerum Chriſti corpus uera eſt ergo chriſti caro,quæ deo agente apparet in hoſtia,in propria forma,& uni poteſt apparer̄ & non alteri ſecundum quod domino placet,& tunc adorādum eſt ſed qui adorat niſi ſibi aliquid reueletur ſub conditione explicita adorare a ſapiētiſſimis moneatur,licet.n. omnes prædicte opiniones intendant ſaluare ueritatem corporis Chiſti non tamen ſemper conſtat dei miraculum fore,ideo cautus ſit ſacerdos:neq; tunc ſe comunicet quia non eſt in ſpecie ſacramenti apta ut manducetur,propter quod cum reuerentia ſumma debet conſeruari,ſicut factum aliquando fuit ut recitat alexāder : qui in huius queſtionis materia poſt maturam conſiderationem ſic ſcribit : i caſu poſito nihil me ſcire confiteor.quia circa facta uerſatur queſtio,deus autem ita uocat ea quæ non ſunt ſicut ea quæ ſunt,ſatis autem ego feciſſe uideor poſtquam tres opiniōes recitaui,& earum duæ primæ in uno comuni conueniunt:quod illa ſpecies quæ apparet non ſit uera ſpecies corporis Chriſti tamen eſt ibi corpus Chriſti,ſecunda uero opinio cōtra primam negat dimenſiones manere,poſita ē autem tertia opinio:cui cōſentit Alexander,& mihi præceteris probabilior uidetur & finis magis intentioni conformis nihil tamen certum habeo non enim auctoritas ſacre ſcripturæ in hoc nos certificat,ideo conſueui ſæpe dicere quod in hoc ſacramento ſunt longe plures difficultates quam in quouis articulo fidei uno excepto,captiuare tamen oportet cum apoſt. intellectum in obſequium dei, & tātū ſacramētum uenerari,quod inſtitutum a deo legimus, ꝑ miſſam utilitatem legimus,& ſimiliter conficiendi auctoritatem: multas autem difficultates in textu ſacræ ſcriptur̄ ſolutas deſiderarem: quas ſi inuenirem in illis enodandis non laborarem ſed cum uerbis dñi qeſcerem quibus ſine timore credendum eſt .

Caput Uigeſimumtertium.

NVnc nō inutile reputaui oſtendere quibus figuris fuit figuratū hoc uenerabile ſacramentum, licet .n. fuerit in lege noua inſtitutum ut oſtendimus

oſtendimus,fuit tamen in lege ueteri:figuratum:& multe ſolent aſſignari figure,quatuor tamen ſunt expræſſiores:ut egregie notat Alexander. q. 39. par.iiij.memb.ij.primo igitur fuit figuratũ i oblatiõe panis,& uiui q̃ Melchiſedech:obtulit Gene.14.ſecundo in agno paſchali Exo.12.tertio in manna Exodi.16.quarto in aqua quæ fluxit de petra Nũeri.20.&.1. Ad Corin.10.quinto in diuerſis legis ſacrificijs ut in Leui. apparet ſexto In Hedo quem coctum obtulit manue.Iud.13.tulit Hedum de capris & libamenta & poſuit ſuper petram:ſeptimo fuit figuratum in Fauo Mellis quem Ionathas ſummitate uirge conuertit ad os.1.Reg.14.octauo in fluxu aquæ & ſanguinis de latere domini Io.19.fuit enim ille fluxus ut inquit Aug.figura baptiſmi & euchariſtiæ,de his ergo figuris ſingulariter ẽ dicendum ſecundum ſententiam eiuſdem.d.quia in hoc ſacramento plura uidentur:ſed longe maiora creduntur:fuit expediens ut multis figuris figuraretur:prima ergo figura repræſentabat Euchariſtiam,quo ad exteriorem formam & primum effectum: qui eſt ſpiritualis refectio : in agno uero paſchali fuit figura ſacramenti:& rei ſacramenti qui eſt Chriſtus : ſicut enim Agnus paſchalis comedebatur in ſignum liberationis a ſeruitute egypti quæ iam tranſierat & amplius non erat,ita hoc ſacramentum ſignum eſt liberationis a ſeruitute diaboli & peccati : tantũ enim concedi tur in gratia exiſtentibus:unde commeſtio agni cum lactucis agreſtibus & panibus azimis eis baculos in manibus habentibus ſignificabat manducationem corporis Chriſti in euchariſtia iuxta præceptum Apoſt.i. Ad Corin.11.probet autem homo ſeipſum ut manducet carnem domini:& bibat eius ſanguinem:oportet enim penitentia lactucis agreſtibus figurata peccata delere:& uigilem eſſe in fidei miſterijs exquirẽdis,in mãna ſignificatur effectus ſuauitatis,iuxta illud Sapientiæ.16.panẽ de cœlo præſtiti eis omne delectamentum in ſe habentem & omnis ſaporis ſuauitatem,ſuauitas enim in manna ſignificat plenitudinem gratiæ in Chriſto,de cuius plenitudine accepimus:anima delectatur quia accipiens corpus domini eſt In Chriſto:& Chriſtus in illa & illa uiuit propter Chriſtũ ſicut Chriſtus uiuit propter patrem:in.4.figura.ſ.in fluxu aquæ de petra ſignificatur unus effectus iſtius ſacramenti : qui eſt extinctio eſtus peccati cuiuſq; ablatio facta per chriſti ſanguinem:in quarta figura in ſacrificijs ſcilicet quæ fieri ſolebant in lege ueteri,ſignificatur oblatio Chriſti in hoc ſacramento repræſentata:Chriſtus enim fuit oblatus tanq̃ holocauſtum:tanq̃ oſtia pacificorum:& tanq̃ uictima pro peccato:tanq̃ holocauſtum quidem quia innocens fuit & nullius debitor & totum ſe obtulit in obſequium dei,unde holocauſtum appellatur totum enim pro nobis ſe obtulit nihil pro ſeipſo,eſt etiam propitiatio noſtra & nos reconcilia-

uit cum deo unde hoſtia pacificorum appellatur:iuxta ſermonem Apoſt. Ad coloſſ. 1 .quia in ipſo: placuit omnem plenitudinem inhabitare & p̄ eum reconciliare omnia & ipſum pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris ſiue quæ in cœlis ſunt:in oblatione manue ſupra petrā ſignificatur quod oblatio noſtra fieri debet in fide Chriſti : quæ eſt petra iuxta ſermonem Apoſto. 1 . Ad Corin. 1 o.petra autem erat Chriſtus,i fa-uo mellis quem applicauit Ionathas in uirga qualitas offerentis ſignifica-tur quia debet eſſe dignus ideo per Ionatham ideſt per gratiam ſignifica-tur intinxit uero uirgam melli:ut unionem ſui cum Chriſto ſignificaret p̄mo per fidem & charitatem & poſtea ponat in ore ſui dignitas autem or-dinis per uirgam importatur:fauus autem mellis dicit mel & ceram : ita Chriſtus duas naturas dicit in unitate ſuppoſiti,in octaua figura quæ ē fluxus ſanguinis de latere Chriſti ſignificatur ꝙ ſacramentum habet effi-caciam ex paſſione Chriſti quæ in lateris apertione fuit conſumata: hæc accepimus ab irrefragabili doctore Alexandro in loco allegato: de iſtarū uero figurarum ordine quo ad excellentiam alij Iudicent:hoc pro nunc ē ſcire ꝙ quantum ad repræſentandum ſacramentum oblatio Melchiſe-dech,præcedit quantum ad ſacramentum & rem:agnus paſchalis,quan-tum ad rem tantum manna deſerti quantum ad cauſam eſt fluxus ſan-guinis Chriſti in quo redempti ſumus:& ſine quo non eſt ſalus, Et ſic dei gratia completum eſt hoc opuſculum in honorem Chriſti,qui eſt deus be-nedictus & completum eſt anno etatis meæ . XXXI . ab Incarnatione uero uerbi. M . D . XXXII . quod ſi aliquid in illo dictum ſit quod ue-ritati catholicæ non conueniat Sanctæ Romanæ Eccleſiæ me meaꝗ oīa ſubmitto:& illa corrigere & reuocare ſum paratus,animaduerte,tū quod in materia tam difficili & tam occulta clariſſime ut potui loquutus ſum præſertim ubi teſtimoniū Sacræ ſcripturæ Induco,qn̄ nū tū,difficultates ſi quis non fuerit in Methaphyſicis & in Theologia ſcolaſtica uerſatus ob ueprium denſitates minime pertrāſibit nos autem iuuenibus hæc nō ſcri-bimus ſed illis qui iuxta Chriſti monitum ſcripturas perſcrutantur , quæ teſtimonium perhibent de illo qui Deus eſt & homo,& in ſanguine ſuo re-demit nos.

¶ Vidi hoc opus ⁊ nihil in eo inueni repugnans fidei ca-
tholice,ego Frater Thomas Mutinenſis
Ord.pred.Magiſter Sacri Pa-
lacij propria manu ſcripſi.

84

Impreſſum Romæ per Antonium Bladum de Aſula
In Campo Floræ, In Aedibus. D. Ioan,
Bap. De Maximis. Anno Domi
ni. M. D. XXXIIII. Die
primo Menſis Iunij.



Digitized by Google

REST. LIBRO ANTICO
Cav. Giovanni D' Giacomo
Tel. 71650 - PESCARA
1935

Digitized by Google